



## ARQUIVO - NÚCLEO



Paróquia de São João Batista da Foz do Douro (PSJBFD)



Largo da Igreja 107, 4150-400 Porto, Portugal



paroquiafozdodouro@sapo.pt



+351 226 180 015



-



## PROCESSO



Tipologia

**Confraria da Nossa Senhora do Rosário**



Código Manual

-



Código de Sistema

-




Descrição

Missal Romanum



Identificador



**IMP-3**



Localização (Distrito/Concelho) \_



Data de Início

1749



Data de Fim

1749

## DESMATERIALIZAÇÃO



### DIGITALIZAÇÃO



arquiv@ - arquivo online da Direção Regional de Cultura do Norte



Casa d'Allen, Rua António Cardoso, n.º 175, 4150-081 Porto, Portugal



arquiv@culturanorte.gov.pt



+351 226 000 454



arquiva.culturanorte.gov.pt



2023



Escala 1:1



PDF



300 dpi



RGB



OCR

**Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. Joan. II. c.**

**I**n illo tempore: Dixit Martha ad Jesum: Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Sed & nunc scio, quia quæcumque poposceris à Deo, dabit tibi Deus. Dicit illi Jesus: Resurget frater tuus. Dicit ei Martha; Scio, quia resurget in resurrectione in novissimo die. Dicit ei Jesus: Ego sum resurrectio, & vita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet: & omnis, qui vivit, & credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc? Ait illi: Utique, Domine, ego credidi, quia tu es Christus Filius Dei vivi, qui in hunc mundum venisti.

**Offertorium.** Domine Jesu Christe, Rex gloriæ, libera animas omnium fidelium defunctorum de poenis inferni, & de profundo lacu; libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurum, sed signifer sanctus Michael representet eas in lucem sanctam: \* Quam olim Abraham promissisti; & semini ejus. **V.** Hostias, & preces tibi, Domine, laudis offerimus: tu suscipe pro animabus illis, quarum hodie memoriam facimus: fac eas, Domine, de morte transire ad vitam. **Quam olim. Secreta.**

**P**ropitiare, quæsumus Domine, animæ famuli tui **N.** pro qua hostiam laudis tibi immolamus, majestatem tuam suppliciter deprecantes: ut per hæc piæ placationis officia pervenire mereatur ad requiem sempiternam. Per Dominum.

**Communio.** Lux æterna luceat eis, Domine, \* Cum Sanctis tuis in æternum: quia pius es. **V.** Requiem æternam dona eis, Domine, & lux perpétua luceat eis.

**Cum sanctis. Postcommunio.**

**P**æsta, quæsumus omnipotens Deus, ut anima famuli tui **N.** quæ hodie de hoc sæculo migravit, his sacrificiis purgata, & à peccatis expedita, indulgentiam pariter, & requiem capiat sempiternam. Per Dominum.

**In die tertio, septimo, & trigésimo depositionis defuncti dicitur Missa ut supra, exceptis Orationibus, quæ dicuntur ut infra. Oratio.**

**Q**uæsumus Domine, ut animæ famuli tui **N.** cujus depositionis diem tertium, vel septimum, vel trigésimum commemoramus, Sanctorum, atque electorum tuorum largiri digneris consortium & rorem

miseriçordiæ tuæ perpennem infundas. Per Dominum nostrum. **Secreta**

**M**unera, quæsumus Domine, quæ tibi pro anima famuli tui **N.** offerimus, placatus intende: ut remediis purgata cœlestibus, in tua pietate requiescat. Per Dominum nostrum. **Postcommunio.**

**S**uscipe, Domine, preces nostras pro anima famuli tui **N.** ut si quæ ei maculæ de terrenis contagiis adheserunt, remissionis tuæ misericordia deleantur. Per Dominum.

**I N A N N I V E R S A R I O Defunctorum. Introitus.**



Equiem æternam dona eis, Domine, & lux perpétua luceat eis. **Psal. 64.** Te decet hymnus, Deus, in Sion, & tibi reddetur votum in Jerusalem: exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet. **Requiem. Oratio.**

**D**eus indulgentiarum Domine, da animabus famulorum, famularumque tuarum, quorum anniversarium depositionis diem commemoramus, refrigerii sedem, quietis beatitudinem, & luminis claritatem. Per Dominum nostrum.

**Lectio libri Machabæorum. 2. Mach. 12. g**

**I**n diebus illis: Vir fortissimus Judas, facta collatione, duodecim millia drachmas argenti misit Jerosolymam offerri pro peccatis mortuorum sacrificium, bene, & religiosè de resurrectione cogitans (nisi enim eos, qui ceciderant, resurrecturos speraret, superfluum videretur, & vanum orare pro mortuis) & quia considerabat, quod hi, qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repositam gratiam. Sancta ergo, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis solvantur.

**Grad. R**equiem æternam dona eis, Domine, & lux perpétua luceat eis. **V. Psal. III.** In memoria æterna erit justus: ab auditione mala non timebit. **Tract. A**bsolve, Dñe, animas omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum. **V.** Et gratia tua illis succurrente, mereantur evadere iudicium ultionis. **V.** Et lucis æternæ beatitudine perfrui.

**Sequentia.** Dies iræ, dies illa. fol. lix.



**Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. Joan. 6. d**

**I**n illo tempore: Dixit Jesus turbis Judæorum: Omne, quod dat mihi Pater ad

ad me veniet, & eum, qui venit ad me, non eiciam foras: Quia descendi de cœlo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me. Hæc est autem voluntas eius, qui misit me, Patris: ut omne, quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in novissimo die. Hæc est autem voluntas Patris mei, qui misit me, ut omnis, qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam, & ego resuscitabo eum in novissimo die.

**Offertorium.** Dómine Jesu Christe, Rex glóriæ, libera ánimas ómnium fidelium defunctorum de pœnis inférni, & de profúndo lacu, libera eas de ore leónis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscúrum, sed signifer sanctus Míchael repræséntet eas in lucem sanctam. \* Quam olim Abrahæ promisisti, & sémini eius. **V.** Hóstias, & preces tibi, Dómine, laudis offerimus: tu súscipe pro animabus illis, quarum hódie memóriam facimus: fac eas, Dómine, de morte transire ad vitam. **Q**uam olim. **Secreta.**

**P**ropitiare, Dómine, supplicatióibus nostris, pro animabus famulorum, famularumque tuarum, quorum hódie ánnua dies ágitur, pro quibus tibi offerimus sacrificium laudis, ut eas Sanctorum tuorum consortio sociare digneris. Per Dóminum.

**Communio.** Lux æterna luceat eis, Dómine, cum Sanctis tuis in æternum, quia pius es. **V.** Réquiem æternam dona eis, Dómine, & lux perpétua luceat eis.

Cum sanctis. **Postcommunio.**

**P**ræsta, quæsumus Dómine, ut animæ famulorum, famularumque tuarum, quorum anniversarium depositiōnis diem commemoramus, his purgatæ sacrificiis, indulgéntiam pariter, & réquiem capiant sempiternam. Per Dóminum nostrum.

**¶ Si pro uno fiat anniversarium, prædictæ Orationes dicantur in singulari numero.**

IN MISSIS QUOTIDIANIS  
Defunctorum. **Introitus.**



Réquiem æternam dona eis, Dómine, & lux perpétua luceat eis. **Psal. 64.** Te decet hymnus, Deus, in Sion, & tibi reddetur votum in Jerúsalem, exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet. **R**équiem.

**Pro defunctis Episc. seu Sacerdotibus. Orat.**

**D**eus, qui inter Apostólicos sacerdotes, famulos tuos Pontificáli, seu sacerdo-

táli fecisti dignitate vigere; præsta, quæsumus, ut eorum quoque perpétuo aggregentur consortio. Per Dóminum.

**Pro defunctis fratribus propinquis, & benefactoribus. Oratio.**

**D**eus, véniæ largitor, & humanæ salutis amator, quæsumus, eleméntiam tuam, ut nostræ congregatiōnis fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc sæculo transierunt, beata María semper Virgine intercedente cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitudinis consortium pervenire concedas.

**Pro omnibus fidelibus defunctis. Oratio.**

**F**idelium, Deus, ómnium Cónditor & Redemptor, animabus famulorum, famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum, ut indulgéntiam, quam semper optaverunt, piis supplicatióibus consequantur. Qui vivis, & regnas.

**L**ectio libri Apocalypsis beati Joannis Apóstoli. **Apoc. 14.**

**I**N diebus illis: Audivi vocem de cœlo, dicentem mihi; Scribe: Beati mórtui, qui in Dómino moriuntur. Amodò jam dicit Spíritus, ut requiescant à laboribus suis, ópera enim illorum sequuntur illos.

**Graduale.** **R**équiem æternam dona eis, Dómine, & lux perpétua luceat eis.

**V. Psal. III.** In memória æterna erit justus, ab auditióne mala non timebit.

**Tract.** **A**bsolve, Dómine, ánimas ómnium fidelium defunctorum ab omni vínculo delictorum. **V.** Et grátia tua illis succurrente, mereantur evadere iudicium ultiónis.

**V.** Et lucis æternæ beatitudine perfrui.

**Sequentia.** Dies iræ, dies illa. fol. lix.



Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. **Joan. 6. f**

**I**N illo tempore: Dixit Jesus turbis Judæorum: Ego sum panis vivus, qui de cœlo descendi. Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum: & panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Litigabant ergo Judæi ad invicem, dicentes: Quómodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Dixit ergo eis Jesus: Amen, amen dico vobis: Nisi manducaveritis carnem Filii hóminis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in novissimo die.

**Offer-**

**Offertor.** **D**omine Jesu Christe, Rex gloriæ, libera animas omnium fidelium defunctorum de pœnis infèrni, & de profundo lacu, libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurum, sed signifer sanctus Michael repræsèntet eas in lucem sanctam: \* Quam olim Abraham promisisti, & semini ejus. **V.** Hóstias, & preces tibi, Domine, laudis offerimus, tu suscipe pro animabus illis, quarum hodie memóriam facimus, fac eas, Domine, de morte transire ad vitam. **Q**uam olim.

**Pro defunctis Episcopis, seu Sacerdotibus. Secreta.**

**S**uscipe, Domine quæsumus, pro animabus famulorum tuorum Pontificum, seu Sacerdotum, quas offerimus, hóstias, ut quibus in hoc sæculo pontificale, seu sacerdotale donasti méritum, in cœlesti regno Sanctorum tuorum júbeas jungi consortio. Per Dominum nostrum.

**Pro defunctis fratribus, propinquis, & benefactoribus. Secreta.**

**D**eus, cujus misericordiæ non est numerus, suscipe propitius preces humilitatis nostræ, & animabus fratrum, propinquorum, & benefactorum nostrorum, quibus tui nominis dedisti confessionem, per hæc sacramenta salutis nostræ, cunctorum remissionem tribue peccatorum.

**Pro omnibus fidelibus Defunctis. Secreta.**

**H**óstias, quæsumus Domine, quas tibi pro animabus famulorum famularumque tuarum offerimus, propitiatus inténde: ut quibus fidei Christianæ méritum contulisti, dones & præmium. Per Dominum.

**Communio.** **L**ux æterna luceat eis, Domine, \* Cum Sanctis tuis in æternum: quia pius es. **V.** Réquiem æternam dona eis, Domine, & lux perpétua luceat eis. **C**um Sanctis.

**Pro defunctis Episcopis, seu Sacerdotibus. Postcommunio.**

**P**rostit, quæsumus Domine, animabus famulorum tuorum Pontificum, seu sacerdotum, misericordiæ tuæ implorata cleméntia: ut ejus, in quo speraverunt, & crediderunt, æternum cæpian, te miserante, consortium. Per Dominum nostrum.

**Pro defunctis fratribus, propinquis, & benefactoribus. Postcommunio.**

**P**ræsta, quæsumus omnipotens, & misericors Deus, ut animæ fratrum, propinquorum, & benefactorum nostrorum, pro quibus hoc sacrificium laudis tuæ obtulimus

majestati, per hujus virtutem sacramenti à peccatis omnibus expiata, lucis perpétuæ, te miserante, recipiant beatitudinem.

**Pro omnibus fidelibus defunctis. Postcom.**

**A**nimabus, quæsumus Domine, famulorum, famularumque tuarum oratio proficiat supplicantium: ut eas & à peccatis omnibus exuas, & tuæ redemptionis facias esse participes. Qui vivis, & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. **R.** Amen.

**Epistolæ, & Evangelia superius posita in una Missa pro Defunctis dici possunt etiam in alia Missa similiter pro Defunctis.**

**ORATIONES DIVERSE**  
pro Defunctis.

**In die depositionis, & anniversario summi Pontificis, dicitur prima Missa, ut supra, fol. lx. præter Orationes, quæ dicuntur ut infra. Oratio. I.**



**D**eus, qui inter summos Sacerdotes famulum tuum **N.** ineffabili tua dispositione connumerare voluisti: præsta, quæsumus; ut qui unigeniti Filii tui vices in terris gerabat, Sanctorum tuorum Pontificum consortio perpétuo aggregetur. Per eundem Dominum nostrum. **Secreta.**

**S**uscipe, Domine quæsumus, pro anima famuli tui **N.** summi Pontificis, quas offerimus hóstias: ut cui in hoc sæculo Pontificale donasti méritum, in cœlesti regno Sanctorum tuorum júbeas jungi consortio. Per Dominum. **Postcommunio.**

**P**rostit, quæsumus Domine, animæ famuli tui **N.** summi Pontificis, misericordiæ tuæ implorata cleméntia: ut ejus, in quo speravit, & credidit, æternum cæpiat, te miserante, consortium. Per Dominum.

**Pro Defuncto Episcopo, dicitur prima Missa ut supra, fol. lix. Orationes verò, ut infra. Oratio. 2.**

**D**eus, qui inter Apostolicos sacerdotes famulum tuum **N.** Pontificali fecisti dignitate vigere: præsta quæsumus, ut eorum quoque perpétuo aggregetur consortio. Per Dominum nostrum. **Secreta.**

**S**uscipe, Domine quæsumus, pro anima famuli tui **N.** Pontificis, quas offerimus, hóstias: ut cui in hoc sæculo Pontificale donasti méritum, in cœlesti regno Sanctorum tuorum júbeas jungi consortio. Per Dominum.

## Postcommunio

**P**rofit, quæsumus Dómine, animæ famuli tui **N.** Pontificis, misericordiæ tuæ implorata cleméntia; ut ejus, in quo sperávit, & credidit, ætérnum cæpiat, te miserante, consórtium. Per Dóminum.

*Pro defuncto Sacerdote dicuntur eadem Orationes, sed ubi dicitur Pontificáli, dicatur, Sacerdotáli, & pro Pontificis, dicatur Sacerdotís.*

*Si fuerint plures, dicatur ut supra in quarta Missa.*

*Pro Episcopo Cardinali defuncto, dicatur, famulum tuum N. Episcopum Cardinalem Pontificáli fecisti dignitate, &c.*

*Pro Presbytero Cardinali, dicatur, famulum tuum N. Presbyterum Cardinalem sacerdotáli fecisti dignitate, &c.*

*Pro Diacono autem Cardinali, dicitur Oratio. Inclina, Dómine. quæ habetur paulò infra, hoc modo. ut animam famuli tui N. Diaconi Cardinalis, quam de hoc sæculo, &c.*

## 3. Pro defuncto Episcopo alia Oratio.

**D**A nobis, Dómine, ut animam famuli tui **N.** Episcopi, quam de hujus sæculi eduxisti laborioso certamine, Sanctorum tuorum tribuas esse consórtium. Per Dóminum nostrum. *Secreta.*

**A**Nnue nobis, quæsumus Dómine, ut animæ famuli tui **N.** Episcopi hæc profit oblatio, quam immolando totius mundi tribuisti relaxári delicta. Per Dóminum nostrum. *Postcommunio.*

**H**is sacrificiis, quæsumus omnipotens Deus, purgata anima famuli tui **N.** Episcopi, ad indulgéntiam, & refrigerium sempiternum pervenire mereatur. Per Dóminum.

## 4. Pro defuncto Sacerdote. Et possunt dici pro pluribus in numero plurali. Oratio.

**P**Ræsta, quæsumus Dómine, ut anima famuli tui **N.** Sacerdotís, quem in hoc sæculo commorantem sacris munéribus decorasti, in cœlesti sede gloriósa semper exúltet. Per Dóminum. *Secreta.*

**S**uscipe, Dómine quæsumus, pro anima famuli tui **N.** Sacerdotís, quas offerimus hóstias, ut, cui Sacerdotále donasti méritum, dones, & præmium. Per Dóminum.

## Postcommunio

**P**Ræsta, quæsumus omnipotens Deus, ut animam famuli tui **N.** Sacerdotís, in congregatióne justorum ætérnæ beatitudinis júbeas esse consórtium. Per Dóminum.

## 5. Pro uno defuncto.

## Oratio.

**I**Nclina, Dómine, aurem tuam ad prece nostras, quibus misericordiam tuam supplices deprecámur, ut animam famuli tui, quam de hoc sæculo migrare iussisti, in pacis, ac lucis regione constituas, & Sanctorum tuorum júbeas esse consórtium. Per Dóminum nostrum. *Secreta.*

**A**Nnue nobis, quæsumus Dómine, ut animæ famuli tui hæc profit oblatio, quam immolando, totius mundi tribuisti relaxári delicta. Per Dóminum nostrum.

## Postcommunio.

**A**Bsolve, quæsumus Dómine, animam famuli tui ab omni vínculo delictorum, ut in resurrectionis glória, inter Sanctos, & electos tuos resuscitatus respíret. Per Dóminum nostrum.

## 6. Pro una defuncta

## Oratio.

**Q**uæsumus Dómine, pro tua pietate miserere animæ famulæ tuæ, & à contágiis mortalitatis exítam, in ætérnæ salvatiónis partem restitue. Per Dóminum. *Secreta.*

**H**is sacrificiis, quæsumus Dómine, anima famulæ tuæ à peccatis omnibus exuatur, sine quibus à culpa nemo liber extitit, ut per hæc piæ placatiónis officia, perpétuam misericordiam consequatur. Per Dóminum nostrum. *Postcommunio.*

**I**Nveniat quæsumus, Dómine, anima famulæ tuæ lucis ætérnæ consórtium, cujus perpétuæ misericordiæ consecuta est sacraméntum. Per Dóminum.

## 7. Pro patre &amp; matre Sacerdotis. Oratio.

**D**Eus, qui nos patrem, & matrem honorare præcepisti, miserere cleménter animabus patris, & matris meæ, eorumque peccata dimitte, meque eos in ætérnæ claritatis gáudio fac videre. Per Dóminum. *Secreta.*

**S**uscipe sacrificium, Dómine, quod tibi pro animabus patris, & matris meæ offero, eisque gáudium sempiternum in regione vivorum concede, meque cum illis felicitati Sanctorum conjunge. Per Dóminum nostrum. *Postcommunio.*

**C**œlestis participatio sacraménti, quæsumus Dómine, animabus patris, & matris meæ réquiem, & lucem obtíneat perpétuam, meque cum illis grátia tua coronet ætérna. Per Dóminum nostrum.

## 8. Si pro patre tantum, vel matre tantum dicatur in singulari. Oratio.

**D**Eus, qui nos patrem, & matrem honorare præcepisti, miserere cleménter ani-

animæ patris mei, *vel* matris meæ, ejusque peccata dimitte, meque eum, *vel* eam, in æternæ claritatis gaudio fac videre. Per Dñm nostrum. *Secreta.*

**S**uscipe sacrificium, Dñm, quod tibi pro anima patris mei, *vel* matris meæ offero, eique gaudium sempiternum in regione vivorum concede, meque cum illo, *vel* illa, felicitati Sanctorum conjunge. Per Dñm. *Postcommunio.*

**C**œlestis participatio sacramenti, quæsumus Dñm, anima patris mei, *vel* matris meæ, requiem, & lucem obtineat perpetuam, meque cum illo, *vel* illa gratia tua coronet æterna. Per Dñm.

9. *Pro defunctis fratribus, propinquis, & benefactoribus.* *Oratio.*

**D**eus, veniæ largitor, & humanæ salutis amator, quæsumus clementiam tuam, ut nostræ congregationis fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc sæculo transierunt, beata Maria semper Virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis consortium pervenire concedas. Per Dñm. *Secreta.*

**D**eus, cujus misericordiæ non est numerus, suscipe propitius preces humilitatis nostræ, & animabus fratrum, propinquorum, & benefactorum nostrorum, quibus tui nominis dedisti confessionem, per hæc sacramenta salutis nostræ, cunctorum remissionem tribue peccatorum. Per Dñm. *Postcommunio.*

**P**ræsta, quæsumus omnipotens, & misericors Deus, ut animæ fratrum, propinquorum, & benefactorum nostrorum, pro quibus hoc sacrificium laudis tuæ obtulimus majestati, per hujus virtutem sacramenti à peccatis omnibus expiata, lucis perpetuæ, te miserante, recipiant beatitudinem. Per Dñm nostrum.

10. *Pro his, qui in cœmeterio requiescunt.* *Oratio.*

**D**eus, cujus miseratione animæ fidelium requiescunt, famulis, & famulabus tuis, & omnibus hæc, & ubique in Christo quiescentibus, da propitius veniam peccatorum, ut à cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine lætentur. Per eundem Dñm nostrum. *Secreta.*

**P**ro animabus famulorum, famularumque tuarum, & omnium catholicorum hæc, & ubique in Christo dormientium, hostiam, Dñm, suscipe benignus oblatam, *Miss. Rom.*

ut hoc sacrificio singulari, vinculis horrendæ mortis exuti vitam mereantur æternam. Per eundem Dñm. *Postcommunio.*

**D**eus, fidelium lumen animarum, adesto supplicationibus nostris, & da famulis, & famulabus tuis, quorum corpora hæc, & ubique in Christo requiescunt, refrigerii sedem, quietis beatitudinem, & luminis claritatem. Per eundem Dñm.

11. *Pro pluribus Defunctis.* *Oratio.*

**D**eus, cui proprium est misereri semper, & parcere, propitiare animabus famulorum, famularumque tuarum, & omnia eorum peccata dimitte, ut mortalitatis vinculis absolutæ, transire mereantur ad vitam. Per Dñm. *Secreta.*

**A**nnuæ nobis, quæsumus Dñm, ut animabus famulorum, famularumque tuarum hæc pro sit oblatio, quam immolando, totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per Dñm. *Postcommunio.*

**D**eus, cui soli competit medicinam præstare post mortem: præsta quæsumus, ut animæ famulorum, famularumque tuarum terrenis exitu contagiis, in tuæ redemptionis parte numerentur. Qui vivis, & regnas cum Deo Patre.

12. *Alia pro pluribus Defunctis.* *Oratio.*

**A**nimabus, quæsumus Dñm, famulorum, famularumque tuarum misericordiam concede perpetuam, ut eis proficiat in æternum, quod in te speraverunt, & crediderunt. Per Dñm. *Secreta.*

**H**is, Dñm, quæsumus, placatus intende muneribus, & quod ad laudem tui nominis supplicantes offerimus, ad indulgentiam proficiat defunctorum. Per Dñm. *Postcommunio.*

**S**upplices, Dñm, pro animabus famulorum, famularumque tuarum preces effundimus, obsecrantes, ut quidquid conversatione contraxerunt humana & clementer indulgeas, & in tuorum sede lætantium constituas redemptorum. Per Dñm.

## ORDO AD FACIENDAM aquam benedictam.

*Die Dominica, in sacristia preparato sale, & aqua benedicenda, Sacerdos celebraturus Missam, vel alius ad id deputatus, alba, vel superpelliceo indutus cum stola circa collum, primò dicit. V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.*

*R. Qui fecit cœlum, & terram.*

**Deinde absolute incipit exorcismum salis.**

**E**Xorcizo te, creatura salis, per Deum \* vivum, per Deum \* verum, per Deum \* sanctum, per Deum, qui te per Elisæum Prophetam in aquam mitti iussit, ut sanaretur sterilitas aquæ, ut efficiaris sal exorcizatum in salutem credentium, & sis omnibus fuméntibus te sanitas animæ, & corporis, & effugiat, atque discédât à loco, in quo aspérsus fueris, omnis phantasia, & nequítia, vel versútia diabólicæ fraudis, omnisque spíritus immúndus adjurátus per eum, qui ventúrus est iudicáre vivos, & mórtuos, & sæculum per ignem. **R.** Amen.

**O**remus. **O**ratio.

**I**mménsam cleméntiam tuam, omnipotens atérne Deus, humíliter implorámus ut hanc creaturam salis, quam in usum generis humáni tribuísti, bene \* dicere, & sancti \* ficare tua pietáte digneris, ut sit omnibus fuméntibus salus mentis, & corporis, & quidquid ex eo tactum, vel respérsus fuerit, careat omni immundítia, omni que impugnatione spiritalis nequítia. Per Dóminum nostrum.

**Exorcismus aquæ, & dicitur absolute.**

**E**Xorcizo te, creatura aquæ, in nómine Dei \* Patris omnipoténtis, & in nómine Jesu \* Christi Filii ejus Dómini nostri, & in virtúte Spíritus \* sancti, ut fias aqua exorcizata ad effugándam omnem potestátem inimíci, & ipsum inimicum eradicáre, & explantáre váleas cum ángelis suis apostáticis, per virtútem ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi, qui ventúrus est iudicáre vivos, & mórtuos, & sæculum per ignem. **R.** Amen.

**O**remus. **O**ratio.

**D**eus, qui ad salutem humáni generis máxima quæque sacraménta in aquarum substántia condidísti, adésto propítius invocatióibus nostris, & eleménto huic multímodis purificatióibus præparáto, virtútem tuæ bene \* dictionis infúnde, ut creatura tua mystériis tuis sérvians, ad abigéndo damónes, morbósque pelléndo, divínæ grátia sumat effectum, ut quidquid in dómibus, vel in locis fidélium hæc unda respérsit, careat omni immundítia, liberétur à noxa: non illic resídeat spíritus péstilens, non aura corrumpens, discédant omnes insídiæ laténtis inimíci, & si quid est, quod aut incolumitáti habitantium invidet, aut quiéti, aspersione hujus aquæ ef-

fugiat: ut salúbritas per invocatióem sancti tui nóminis expetíta, ab omnibus sit impugnationibus defénsa. Per Dóminum.

**Hic ter mittat sal in aquam in modum crucis, dicendo semel.**

**C**ommixtio salis, & aquæ páriter fiat, in nómine Pa \* tris, & Fi \* lii, & Spíritus \* sancti. **R.** Amen. **V.** Dóminus vobiscum. **R.** Et cum spíritu tuo.

**O**remus. **O**ratio.

**D**eus, invíctæ virtútis auctor, & insuperabilis impérii Rex, ac semper magníficus triumphátor, qui advérsæ dominatiónis vires réprimis, qui inimíci rugiéntis sævitiam súperas, qui hostíles nequítias poténter expúgnas: te, Dómine, treméntes, & súpplices deprecámur, ac pétimus, ut hanc creaturam salis, & aquæ dignánter aspicias, benígnus illústres, pietátis tuæ rore sanctífices, ut ubicúmque fuerit aspérsa, per invocatióem sancti nóminis tui, omnis infestatio immúndi spíritus abigátur, terrorque venenósi serpéntis procul pellátur, & præsentia sancti Spíritus nobis misericórdiam tuam poscéntibus, ubique adéssé dignétur. Per Dóminum. in unitáte ejúsdem.

**Finita benedictione, Sacerdos celebraturus indutus pluviali coloris Officio convenientis, accedit ad Altare, & ibi ad gradus cum ministris genuflexus, etiam tempore Paschali, accipit à Diacono aspersorium, & primo ter aspergit Altare, deinde se, & ministros, & erectus incipit Antiphonam. A** sperges me.

**Et Chorus prosequitur. Dómine, hyssópo, &c. ut infra.**

**Interim Celebrans aspergit Clerum, deinde populum, dicens submissa voce cum ministris Psalmum. M**iserere mei, Deus.



**Antiphona. A** sperges me, Dómine, hyssópo, & mundabor, lavabis me, & super nivem dealbabor.

**Psalmus 50. M**iserere mei, Deus, secundum magnam misericórdiam tuam.

**V.** Glória Patri, & Filio, &c.

**Et repetitur Antiphona. Aspérges me.**

**Hæc Antiphona prædicto modo dicitur ad aspersionem aquæ benedictæ in Dominicis per totum annum excepta Dominica de Passiõe, & Dominica Palmarum, in quibus non dicitur Glória Patri. sed post Psalmum. M**iserere mei. **repetitur immediata-**

diatè Antiphona *A* spèrges me. Excepto etiam tempore Paschali, scilicet à Dominica Paschæ usque ad Pentecosten inclusivè, quo tempore cantatur sequens Antiphona.



*V*idi aquam egredientem de templo à latere dextro, allelúja, & omnes, ad quos pervénit aqua ista, salvi facti sunt, & dicent, allelúja, allelúja.

*Psalm. 117.* *C*onfitemini Dómino, quóniam bonus, quóniam in sæculum misericórdia ejus.

*V.* Glória Patri, & Fílio, &c.

*Repetitur Antiphona.* Vidi aquam.

*In Dominica verò Trinitatis resumitur, A* spèrges me, Dómine.

*In die sancto Paschæ, & Pentecostes, ubi est fons Baptismalis, fit aspersio cum aqua pridie benedicta in fonte Baptismi, & ante infusionem olei, & chrismatis accepta.*

Finita Antiphona supradicto modo, Sacerdos, qui aspergit aquam reversus ad Altare stans ante gradus Altaris junctis manibus, dicat *V.* Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.

*Tempore Paschali additur allelúja.*

*R.* Et salutáre tuum da nobis. *V.* Dómine, exáudi orationem meam. *R.* Et clamor meus ad te véniat. *V.* Dóminus vobiscum. *R.* Et cum spírítu tuo.

*Orémus. Oratio.*

*E*xáudi nos, Dómine sancte, Pater omnipotens, atérne Deus, & mittere dignéris sanctum Angelum tuum de cœlis, qui custódiat, sóveat, próteget, vífítet, atque deféndat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per Christum Dóminum nostrum *R.* Amen.

## B E N E D I C T I O

*Agni in Pascha.*

*V.* Adjutórium nostrum in nómine Dómini. *R.* Qui fecit cœlum, & terram.

*V.* Dóminus vobiscum. *R.* Et cum spírítu tuo. *Orémus.*

*D*eus, qui per sámulum tuum Móysen, in liberatióne pópuli tui de Ægypto agnum occídi jussisti in similitúdinem Dómini nostri Jesu Christi, & utrósque postes domórum de ságuine ejúsdem agni perúngi præcepisti: ita bene *\* dicere, & sancti \* ficare dignéris hanc crea-*

túram carnis, quam nos sámulí tui ad laudem tuam súmeré desiderámus, per resurrectiÓnem ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi. Qui tecum vivit, & regnat in sæcula sæculórum. *R.* Amen.

*Et mox aspergit aqua benedicta.*

## B E N E D I C T I O

*Ovorum.*

*V.* Adjutórium nostrum in nómine Dómini. *R.* Qui fecit cœlum, & terram.

*V.* Dóminus vobiscum. *R.* Et cum spírítu tuo. *Orémus.*

*S*ubvéniat, quæsumus Dómine, tuæ benedi *\* ctiónis grátia huic ovórum creatúra, ut cibus salúbris fiat fidélibus tuis in tuárum gratiárum actiÓne suméntibus, ob resurrectiÓnem Dómini nostri Jesu Christi: Qui tecum vivit, & regnat in sæcula sæculórum. *R.* Amen.*

*Et aspergat aqua benedicta.*

## B E N E D I C T I O

*Panis.*

*V.* Adjutórium nostrum in nómine Dómini. *R.* Qui fecit cœlum, & terram. *V.* Dóminus vobiscum. *R.* Et cum spírítu tuo. *Orémus.*

*D*omine Jesu Christe, panis Angelórum, panis vivus atérnæ vitæ, benedi *\* cere dignáre panem istum, sicut benedixisti quinque panes in desérto, ut omnes ex eo gustántes, inde córporis, & animæ percípiant sanitátem: Qui vivis, & regnas in sæcula sæculórum. *R.* Amen.*

*Et aspergat aqua benedicta.*

## A L I A B E N E D I C T I O

*Panis.*

*V.* Adjutórium nostrum in nómine Dómini. *R.* Qui fecit cœlum, & terram.

*V.* Dóminus vobiscum. *R.* Et cum spírítu tuo. *Orémus.*

*D*omine sancte, Pater omnipotens, atérne Deus, bene *\* dicere dignéris hunc panem tua sancta spírítuáli benedictiÓne, ut sit ómnibus suméntibus salus mentis, & córporis, atque contra omnes morbos, & univérfas inimicórum insídias tutámen. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílio tuum, panem vivum, qui de cœlo descéndit, & dat vitam, & salútem mundo, & tecum vivit, & regnat in unitáte Spírítus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. *R.* Amen.*

*Aspergatur aqua benedicta.*

## B E N E D I C T I O

*Novorum fructuum.**Ps.* Adjutorium nostrum in nomine Domini.*R.* Qui fecit celum, & terram. *Ps.* Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo. *Oremus.***B**ene \* dic, Domine, hos novos fructus *N.* & præsta, ut qui ex eis in tuo sancto nomine vescantur, corporis, & animæ salute potiântur. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.*Et aspergantur aqua benedicta.*

## B E N E D I C T I O

*ad quodcumque comestibile.**Ps.* Adjutorium nostrum in nomine Domini.*R.* Qui fecit celum, & terram. *Ps.* Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo. *Oremus.***B**ene \* dic, Domine, creaturam istam *N.* ut sit remedium salutare generi humano, & præsta per invocationem sancti nominis tui, ut quicumque ex ea sumpserint, corporis sanitatem, & animæ tutelam percipiant. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.*Aspergit id aqua benedicta.*

## B E N E D I C T I O

*Candelarum.**Ps.* Adjutorium nostrum in nomine Domini.*R.* Qui fecit celum, & terram. *Ps.* Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo. *Oremus.***D**omine Jesu Christe, Fili Dei vivi, béne \* dic candelas istas supplicationibus nostris: infunde eis, Domine, per virtutem sanctæ Cru \* cis, benedictionem cælestem, qui eas ad repellendas tenebras humano generi tribuisti, talémque benedictionem signaculo sanctæ Cru \* cis accipiant, ut quibuscumque locis accensæ, sive posite fuerint, discendant principes tenebrarum, & contremiscant, & fugiant pavidi cum omnibus ministris suis ab habitationibus illis, nec præsumant amplius inquietare, aut molestare servientes tibi omnipotenti Deo: Qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum. *R.* Amen.*Postmodum aspergantur aqua benedicta.*

## B E N E D I C T I O L O C I .

*Ps.* Adjutorium nostrum in nomine Domini.*R.* Qui fecit celum, & terram. *Ps.* Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo. *Oremus.***B**ene \* dic, Domine Deus omnipotens locum istum, ut sit in eo sanitas,

castitas, victória, virtus, humilitas, bonitas, mansuetudo, plenitudo legis, &amp; gratiarum actio Deo Patri, &amp; Filio, &amp; Spiritui sancto, &amp; hæc benedictio maneat super hunc locum, &amp; super habitantes in eo, nunc, &amp; in omnia sæcula sæculorum.

*R.* Amen.*Et aspergatur aqua benedicta.*

## B E N E D I C T I O

*Domus novæ.**Ps.* Adjutorium nostrum in nomine Domini.*R.* Qui fecit celum, & terram. *Ps.* Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo. *Oremus.***T**E Deum Patrem omnipotentem suppliciter exoramus pro hac domo, & pro habitatoribus ejus, ac rebus, ut eam benedici \* cere, & sanctifi \* care, ac bonis omnibus ampliâre digneris: tribue eis, Domine, de rore cæli abundantiam, & de pinguedine terræ vitæ substantiam, & desideria votiorum ad effectum tuæ miserationis perducas. Ad introitum ergo nostrum bene \* dicere, & sancti \* ficare digneris hanc domum, sicut benedicere dignatus es domum Abraham, & Isaac, & Jacob, & intra parietes domus istius Angeli tuæ lucis inhabitent, eamque, & ejus habitatores custodiant. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.*Deinde aspergat aqua benedicta.*

## B E N E D I C T I O

*Thalami.**Ps.* Adjutorium nostrum in nomine Domini.*R.* Qui fecit celum, & terram. *Ps.* Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo. *Oremus.***B**ene \* dic, Domine, thalamum hunc, **B**ut omnes habitantes in eo, in tua pace consistant, & in tua voluntate permaneant, & senescant, & multiplicentur in longitudinem dierum, & ad regna cælorum perveniant. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.*Postea aspergat thalamum aqua benedicta.*

## B E N E D I C T I O

*Novæ navis.**Ps.* Adjutorium nostrum in nomine Domini.*R.* Qui fecit celum, & terram. *Ps.* Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo. *Oremus.***P**ropitiare, Domine, supplicationibus nostris, & béne \* dic navem istam

dextera

dextera tua sancta, & omnes, qui in ea veniunt, sicut dignatus es benedicere arcam Noe ambulāntem in dilúvio: porridge eis, Dómine, dexteram tuam, sicut porrexisti beato Petro ambulānti suprā mare & mitte sanctum Angelum tuum de cœlis, qui liberet, & custodiat eam semper à periculis universis, cum omnibus, quæ in ea erunt, & famulos tuos, repulsis adversitatibus, portu semper optabili, cursuque tranquillo tuearis, transactisque, ac rectè perfectis negotiis omnibus, iterato tempore ad propria cum omni gaudio revocare digneris. Qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum. *R.* Amen.

*Aspergat navim aqua benedicta.*

**B E N E D I C T I O N E S**

*Ab Episcopis, vel aliis facultatem habentibus faciendæ.*

**B E N E D I C T I O**

*sacerdotalium indumentorum in genere.*

*V.* Adjutorium nostrum in nomine Domini. *R.* Qui fecit cœlum, & terram.

*V.* Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo. *O*remus.

**O**mnipotens, sempiternus Deus, qui per Moysen famulum tuum pontificalia, & sacerdotalia, seu levitica vestimenta, ad explendum in conspectu tuo ministerium eorum, ad honorem, & decorem nominis tui fieri decrevisti, adesto propitius invocationibus nostris: ut hæc indumenta sacerdotalia, desuper irrigante gratia tua, ingenti benedictione per nostram humilitatis servitium purificare, bene dicere, & consecrare digneris, ut divinis cultibus, & sacris mysteriis apta, & benedicta existant, his quoque sacris vestibus Pontifices, & Sacerdotes, seu Levitæ tui induti, ab omnibus impulsio- nibus, seu tentationibus malignorum spirituum muniti, & defensi esse mereantur, tuisque mysteriis apte, & condigne servire, & inharere, atque in his tibi placite, & devotè perseverare tribue. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen. *O*remus.

**D**eus, invictæ virtutis triumphator, & omnium rerum creator, ac sanctificator, intende propitius preces nostras, & hæc indumenta leviticæ, sacerdotalis, & pontificalis gloriæ, ministris tuis fruenda, tuo ore proprio bene dicere, sanctificare, & consecrare digneris: omnesque eis utentes tuis mysteriis aptos, & tibi in eis devotè, ac laudabiliter serviētes, gra-

Miss. Rom.

tos efficere digneris. Per Dominum nostrum. *R.* Amen. *O*remus.

**D**omine Deus omnipotens, qui vestimenta Pontificibus, Sacerdotibus, & Levitis in usum tabernaculi foederis necessaria, Moysen famulum tuum agere iussisti, eumque spiritu sapientiæ ad id peragendum replevisti, hæc vestimenta in usum, & cultum mysterii tui bene dicere, sanctificare, & consecrare digneris, atque ministros altaris tui, qui ea induerint, septiformis Spiritus gratia dignanter repleri, atque castitatis stola, beata facias cum bonorum fructu operum ministerii congruentis immortalitate vestiri. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

*Deinde aspergat ipsa indumenta aqua benedicta.*

**B E N E D I C T I O**

*mapparum, & tobalearum, sive linteaminum Altaris.*

*V.* Adjutorium nostrum in nomine Domini. *R.* Qui fecit cœlum, & terram.

*V.* Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo. *O*remus.

**E**xaudi, Domine, preces nostras, & hæc linteamina sacri altaris usui præparata bene dicere, & sanctificare digneris. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen. *O*remus.

**D**omine Deus omnipotens, qui Moysen famulum tuum ornamenta, & linteamina facere per quadraginta dies docuisti, quæ etiam Maria texuit, & fecit in usum ministerii tabernaculi foederis, bene dicere, sanctificare, & consecrare digneris hæc linteamina ad tegendum, involvendumque altare gloriosissimi Filii tui Domini nostri Jesu Christi: Qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. *R.* Amen.

*Deinde aspergat ea aqua benedicta.*

**B E N E D I C T I O**

*corporalium.*

*V.* Adjutorium nostrum in nomine Domini. *R.* Qui fecit cœlum, & terram.

*V.* Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo. *O*remus.

**C**lementissime Domine, cujus, inenarrabilis est virtus, cujus mysteria arcanis mirabilibus celebrantur, tribue, quaesumus, ut hoc linteamen tuæ propitiationis

bene \* dictione sanctificetur ad consecrandum super illud corpus, & sanguinem Dei, & Domini nostri Jesu Christi Filii tui: Qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum.

*R.* Amen. *Orémus.*

**O**mnipotens sempiternus Deus, benedicere digneris lintheamen istud ad tegendum, involvendumque corpus, & sanguinem Domini nostri Jesu Christi Filii tui: Qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum. *R.* Amen. *Orémus.*

**O**mnipotens Deus, manibus nostris operam tuam benedictionis infunde, ut per nostram bene \* dictionem hoc lintheamen sanctificetur, & Corporis, ac Sanguinis Redemptoris nostri novum sudarium, Spiritus sancti gratia efficiatur. Per eundem Dominum nostrum. *R.* Amen.

*Et aspergit aqua benedicta.*

## B E N E D I C T I O

*Tabernaculi, seu vasculi pro sacrosancta Eucharistia consecranda.*

*V.* Adjutorium nostrum in nomine Domini. *R.* Qui fecit caelum, & terram.

*V.* Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo. *Orémus.*

**O**mnipotens sempiternus Deus, majestatem tuam supplices deprecamur, ut vasculum hoc pro Corpore Filii tui Domini nostri Jesu Christi in eo condendo fabricatum, bene \* dictionis tuae gratia dicere digneris. Per eundem Dominum nostrum. *R.* Amen.

*Et aspergit illud aqua benedicta.*

## O R A T I O

*In consecratione Episcopi, quae dicitur cum Oratione Missae diei sub una conclusione, & similiter Secreta, & Postcommunio. Oratio.*

**A**desto supplicationibus nostris omnipotens Deus, ut quod humilitatis nostrae gerendum est ministerio, tuae virtutis impleatur effectu. Per Dominum.

*Secreta. Consecrator.*

**S**uscipe, Domine, munera, quae tibi offerimus pro hoc famulo tuo, ut propitius in eo tua dona custodias. Per Dominum.

*Consecratus dicit.*

**S**uscipe, Domine, munera, quae tibi offerimus pro me famulo tuo, ut propitius in me tua dona custodias. Per Dominum.

*Infra actionem. Consecrator.*

**H**anc igitur oblationem servitutis nostrae, sed & cunctae familiae tuae, quam tibi offerimus etiam pro hoc famulo tuo, quem ad Episcopatus ordinem promovere dignatus es, quaesumus Domine, ut placatus accipias, & propitius in eo tua dona custodias, ut quod divino munere consecutus est, divinis effectibus exequatur: diesque nostros in tua pace disponas, atque ab aeterna damnatione nos eripi, & in electorum tuorum jubeas grege numerari. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

*Consecratus dicit.*

**H**anc igitur oblationem servitutis nostrae, sed & cunctae familiae tuae, quam tibi offerimus, etiam pro me famulo tuo, quem ad Episcopatus ordinem promovere dignatus es: quaesumus Domine, ut placatus accipias, & propitius in me tua dona custodias, ut quod divino munere consecutus sum, divinis effectibus exequar: diesque nostros in tua pace disponas, atque ab aeterna damnatione nos eripi, & in electorum tuorum jubeas grege numerari. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

*Postcommunio.*

**P**lenum, quaesumus Domine, in nobis remedium tuae miserationis operare, ac tales nos esse perfice propitius, & sic foveri, ut tibi in omnibus placere valeamus. Per Dominum nostrum.

## O R A T I O I N C O L L A T I O N E

*lacrorum Ordinum, quae dicitur cum Oratione Missae diei sub una conclusione, & similiter Secreta, & Postcommunio. Oratio.*

**E**xaudi, quaesumus Domine, supplicum preces, & devoto tibi pectore famulantes, perpetua defensione custodi, ut nullis perturbationibus impediti liberam servitatem tuis semper exhibeamus officii. Per Dominum nostrum.

*Secreta.*

**T**uis, quaesumus Domine, operare mysteriis, ut haec tibi munera dignis mentibus offeramus. Per Dominum.

*Postcommunio.*

**Q**uos tuis, Domine, reficis sacramentis, continuis attolle benignus auxiliis, ut tuae redemptionis effectum & mysteriis capiamus, & moribus. Per Dominum nostrum.

# MISSÆ SANCTORUM DE PRÆCEPTO

*Celebrandæ aliquibus in Locis ex indulto Apostolico.*

- Missa in festo Translationis almæ Domus B. V. M. *duplex*, pro Ecclesiastico & Veneto Statu. 10. Decembris.  
 S. Spiridionis Episcopi, & Confessoris, *duplex*, in toto Dominio Veneto. 14. Decembris.  
 In Solemnitate Patrocinii S. Januarii pro Regno Neapolitano, *duplex*. 16. Decembris.  
 Expectatio B. M. Virginis, *duplex*, in toto Dominio Veneto, & alibi. 18. Decembris.  
 S. Laurentii Justiniani Episcopi, & Confessoris, *duplex*, pro Civitate Venetiarum, & alibi. 8. Januarii.  
 S. Petri Urseoli Confessoris, *duplex*, in toto Dominio Veneto. 14. Januarii.  
 Desponsatio B. M. V. cum S. Joseph, *duplex*, in toto Dominio Veneto, & alibi. 23. Januarii.  
 S. Juliani Episcopi, & Confessoris, *femiduplex*, in Regno Neapolitano. 28. Januarii.  
 Translatio S. Marci Evangelistæ, pro Civitate, & Diœcesi Venetiarum. 31. Januarii.  
 S. Blasii Episcopi, & Martyris, *duplex*, pro Civitate Venetiarum. 3. Februarii.  
 SS. Pauli, Joannis, & Jacobi Mart. Japonum, *duplex*, pro Sacerdotibus Soc. Jesu. 5. Februarii.  
 S. Dorotheæ Virg. & mart. *femiduplex*. Pro Ecclesiis Bambergæ, & Viennæ. ac Venetiarum. 6. Februarii.  
 B. Hieronymi Emiliani Confessoris, *duplex*. In universa Congregatione Somaschæ, necnon in Urbe Venetiarum, ac in Oppido Somaschæ, totoque Bergomeni Territorio recitanda. 8. Februarii.  
 Commemoratio Adventus S. Pauli in Insulam Melivitanam, *duplex*. 10. Februarii.  
 S. Fuscæ Virg. & Mart. *duplex*, pro Civitate, & Diœcesi Venetiarum. 13. Februarii.  
 S. Conradi Confessoris, *femiduplex*, apud Netinos, & Placentinos. 19. Februarii.  
 S. Margaritæ de Cortona, *femiduplex*. Pro tota Italia, & alibi. 23. Februarii.  
 S. Leandri Episcopi Hispalensis, & Confessoris, *duplex*. 13. Martii.  
 S. Gabrielis Archangeli, *duplex*, in Regnis Hispanis. 18. Martii.  
 Eiusdem S. Gabrielis, *duplex ii. classis*, Pro Civitate, & Diœcesi Venetiarum, ibidem.  
 Missa de Lancea, & Clavis Domini, *duplex*, celebranda pro Germania Feria vi. post Octav. Paschæ.  
 Patrocinium S. Joseph, *duplex*, in toto Dominio Veneto, Dominica tertia post Pascha.  
 S. Raphaelis Archangeli, cujus festum celebratur Venetiis Dominica tertia post Pascha, *duplex*, & in Regnis Hispanis die 24. Octobris.  
 S. Leonis Pape IX. *femiduplex*. Venetiis, & alibi. 19. Aprilis.  
 S. Peregrini Latiofi Confessoris Ordinis Servorum B. M. V. *duplex*. Pro toto Dominio Veneto, & alibi. 27. Aprilis.  
 S. Catharinæ Fliscæ Viduæ Aduernæ, *duplex*. Dominica quarta post Pascha.  
 Translatio S. Januarii Mart. pro Regno Neapolitano, Dominica i. vel ii. Maji.  
 S. Joannis Nepomuceni Mart. *duplex*, pro Boemia, Germania, Statibus hæreditariis Domus Austriacæ, & in Dominio Veneto. 16. Maji.  
 S. Paschalis Baylon, Confessoris, *duplex*, pro Regno Neapolitano, & alibi. 17. Maji.  
 S. Felicis à Cantalicio Capuccini, Confessoris, *femiduplex*, in tota Italia, & Insulis adjacentibus. 21. Maji.  
 S. Ferdinandi Tertii, Castellæ, & Legionis Regis, Confessoris, *duplex*, in Regnis Hispanis. 30. Maji.  
 SS. Martyrum Cantiani, Cantii, Cantianillæ, & Proti, *duplex*, Venetiis, & alibi. 31. Maji.  
 B. Jacobi Salomoni Confessoris, *duplex*, pro Civitate Venetiarum. 31. Maji.  
 S. Francisci Regis Confessoris, Soc. Jesu, *duplex*. 16. Junii.  
 B. Petri de Pisis Confessoris, *duplex*, pro Civitate Venetiarum. 17. Junii.  
 S. Aloysii Gonzagæ Confessoris, Soc. Jesu, *duplex*, in tota Italia, & Insulis adjacentibus. 21. Junii.  
 Apparitio S. Marci Evangelistæ, pro Civitate, & Diœcesi Venetiarum. 25. Junii.  
 S. Guilielmi Abbatis, *duplex*, pro Regno Neapolitano, & alibi. 25. Junii.  
 B. Benedicti XI. Pape, Confessoris, Ord. Prædicatorum, *duplex*, in toto Dominio Veneto. 7. Julii.  
 S. Paterniani Episcopi, & Confessoris, *femiduplex*, celebratur Venetiis. 10. Julii.  
 SS. Martyrum Hermagoræ, & Fortunati, *duplex*, celebratur Venetiis, in Metropolitana Aquilejensi, ac civit. subdit. 12. Julii.  
 Missa SS. Redemptoris, *dupl. ii. classis*, cum Octav. pro toto Dominio Veneto. Dominica tertia Julii.  
 S. Alexii Confessoris, in Urbe, & toto Districtu Romæ, *duplex*. 17. Julii.  
 S. Pantaleonis martyris, *duplex*, in toto Dominio Veneto. 27. Julii.  
 S. Cassiani Episcopi, & Martyris, *femiduplex*. Venetiis, & alibi. 13. Augusti.  
 S. Rochi Confessoris, *duplex*, Venetiis, & alibi. 16. Augusti.  
 S. Ludovici Episcopi, & Confessoris, *duplex*, celebratur Venetiis. 19. Augusti.  
 S. Tereciæ secundæ Virginis, *duplex*, in Regnis Hispaniæ, & alibi. 27. Augusti.  
 S. Antonini martyris, *femiduplex*, pro Civitate, & Diœcesi Venetiarum. 2. Septembris.  
 SS. Virginum, & martyrum Euphemie, Dorotheæ, Theclæ, & Erafmæ, *femiduplex*. Venetiis. 3. Septembris.  
 S. Rosæ Viterbiensis virg. *duplex*, pro Statu Ecclesiastico, & Etruria. 4. Septembris.  
 S. Rosaliæ Virginis Panormitanæ, *duplex*, pro Germania, & alibi. 4. Septembris.  
 Septem Dolorum B. M. V. *duplex*, celebranda in omnibus statibus Hæreditariis domus Austriæ, Dominica tertia Septembris.  
 S. Januarii Episcopi, & martyris, *duplex*, cum Octav. in Regno Neapolitano. 19. Septembris.  
 S. Constantii Confessoris, *femiduplex*. Venetiis. 23. Septembris.  
 S. Gerardi Episcopi, & martyris, *duplex*, in toto Dominio Veneto. 26. Septembris.  
 S. Ludovici Bertrandi Confessoris, *duplex*, in Regnis Hispanis. 10. Octobris.  
 SS. Gavini, Proti, & Januarii martyrum, *duplex*, in Regno Neapolitano, & alibi. 25. Octobris.  
 S. Vvolfgangi Episcopi, & Confessoris, *duplex*, pro Germania. 31. Octobris.  
 Patrocinium B. M. V. *duplex*, cujus festum celebratur Dominica ii. Novembris in Regnis Hispanis, & alibi.  
 S. Ildefonsi Archiepiscopi & Confessoris, *femiduplex*.  
 S. Stanislai Kofficæ Confessoris, *duplex minus*, pro Soc. Jesu. 13. Novembris.  
 S. Leopoldi Confessoris, *duplex*. 15. Novembris.

*Die x. Decembris.*

## IN FESTO TRANSLATIONIS Almæ Domus B.M.V. Introit. Gen. 28. 10.



Erribilis est locus iste, hic domus Dei est, & porta cœli & vocabitur aula Dei.

*Psal. 93.* Quàm dilècta tabernacula tua Dòmine virtutum: concupiscit, & deficit anima

mea in àtria Dòmini. *Ps.* Glòria Patri, &c.

*Oratio.*

**D**EUS, qui beàtæ Mariæ Virginitis Dòmum per incarnati Verbi mystèrium misericòrditer consecrasti, eamque in sinu Ecclesiæ tuæ mirabiliter collocasti: concede, ut segregati à tabernaculis peccatorum digni efficiamur habitatores Domus sanctæ tuæ. Per eundem Dòminum.

*Et fit commemor. Feriæ, & S. Melchias Papæ & martyr.*

Lectio libri Sapiëntiæ.

Eccl. 24. 11.

**I**N omnibus requiem quæsi, & in hæreditate Dómini morabor. Tunc præcepit & dixit mihi Créator omnium, & qui creávit me, requiëvit in tabernáculo meo. Et dixit mihi: In Jacob inhábita, & in Israel hæreditare, & in eléctis meis mitte radices. Et sic in Sion firmáta sum, & in civitate sanctificáta simíliter requiëvi, & in Jerúsalem potestas mea. Et radicávi in pópulo honorificáto, & in parte Dei mei hæreditas illius, & in plenitúdine sanctorum deténtio mea. Quasi Cedrus exaltáta sum in Líbano, & quasi Cypréssus in monte Sion. Quasi palma exaltáta sum in Cades, & quasi plantatio rosæ in Jericho. Quasi olíva speciósa in campis, & quasi plátanus exaltáta sum juxta aquam in platéis. Sicut cinnamómum, & bállumum aromatízans odórem dedi, quasi myrrha elécta dedi suavitatem odóris.

**Graduale.** Psal. 26. 4. Unam pétii à Dómino, hanc requíram, ut inhábitem in domo Dómini omnibus diebus vitæ meæ.

**V.** Ut vídeam voluptatem Dómini, & vísitem templum ejus. Allelúja, allelúja.

**V.** Psal. 83. 5. Beáti qui hábitant in domo tua Dómine, in sæcula sæculórum laudábunt te. Allelúja.



Sequëntia sancti Evangélii secúndum Lucam.

Lucæ 1. c

**I**N illo témpore: Missus est Angelus Gábriel à Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Názareth, ad Virginem, desponsátam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, & nomen Virginis, María. Et ingrëssus Angelus ad eam, dixit: Ave, grátia plena: Dóminus tecum: Benedícta tu in mulieribus. Quæ cum audisset, turbáta est in sermóne ejus, & cogitábat, qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei: Ne tíneas María, invenísti enim grátiam apud Deum, ecce concípies in útero, & páries filium, & vocábis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, & Filius Altíssimi vocábitur, & dabit illi Dóminus Deus sedem David patris ejus, & regnabit in domo Jacob in ætérnum, & regni ejus non erit finis. Dixit autem María ad Angelum: Quómodo fiet istud, quóniam virum non cognóscó? Et respóndens Angelus, dixit ei: Spíritus sanctus supervéniet in te, & virtus Altíssimi obum-

brábit tibi. Ideóque & quod nascétur ex te sanctum, vocábitur Filius Dei. Et ecce Elísabeth cognáta tua, & ipsa concépit filium in senectúte sua, & hic mens sextus est illi, quæ vocátur stérilis, quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem María: Ecce ancilla Dómini, fiat mihi secúndum verbum tuum.

**Offertorium.** Psal. 5. 8. & 137. 2. Introíbo in Domum tuam, adorábo ad téplum sanctum tuum, & confitébor nómini tuo.

Secreta.

**A**Ccipe, quæsumus Dómine, múnera in hac sacra Domo dignánter obláta, & Beátæ Mariæ Virginitis suffragántibus méritis, ad nostræ salutis auxiliium provenire concéde. Per Dóminum nostrum.

**Præfatio.** Et te in festivitáte Beátæ Mariæ semper Virginitis. fol. 172.

**Communio.** Sap. cap. 8. Beátus, qui audit me, & qui vígilat ad fores meas quotidie, & observat ad póstes óstii mei. Qui me invenerit, invéniet vitam, & háuriet salutem à Dómino.

Postcommunio.

**Q**uæsumus, Dómine Deus noster, ut sacrosáncta mystéria, quæ pro reparatiónis nostræ munímine contulísti, intercedente Beáta María semper Virgine, & presens nobis remédium esse fácias, & futurum. Per Dóminum nostrum.

Die xiv. Decembris.

**IN FESTO S. SPIRIDIONIS**  
Episcopi & Confess. Missa. Státuit ei Dóminus. de Comuni Confessoris Pontificis. fol. xi.

Die xvi. Decembris.

**IN SOLEMNITATE**  
Patrocini sancti Januarii Mart. præcipui Patroni Civitatis, & Regni Neapolitani. Missa. Narráte. ut infra. xciii.

Die xviii. Decembris.

**IN FESTO EXPECTATIONIS**  
Beátæ Mariæ Virginitis.  
Missa. Rorate. ut in votiva de B. Maria ab Adventu usque ad Nativitatem.  
Præfatio. Et te in Expectatióne. fol. 172.  
Si hoc festum venerit Feria iv. Quatuor Temporum, in fine Missæ non dicitur Evangel. Feriæ quia dictum est, sed sancti Joannis.

Die viii. Januarii.

IN FESTO S. LAURENTII

Justiniani Episc. & Conf. Intra. Psal. 131.



Acerdotes tui, Domine, induant justitiam, & Sancti tui exultent, propter David servum tuum, non avertas faciem Christi tui.

Psal. ibid. Memento, Domine, David, & omnis mansuetudinis ejus. V. Gloria Patri, &c. Oratio.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus, ut beati Laurentii Confessoris tui, atque Pontificis, cujus gaudemus meritis, instruamur exemplis, atque doctrinis. Per Dominum.

Deinde fit comm. Oct. Epiphan. & etiam de Dominica infra Oct. quando hoc festum occurrit in dicta Dominica, vel dictum Officium Dominicæ fiat in Sabbato.

Lectio libri Sapientie. Sap. 8.

Sapientiam amavi, & exquisivi eam a juventute mea, & quæsi sponfam mihi eam assumere, & amator factus sum formæ illius. Generositatem illius glorificat, contubernium habens Dei, sed & omnium Dominus dilexit illam. Doctrina est enim disciplinæ Dei, & electrix operum illius. Et si divitiæ appetuntur in vita, quid sapientia locupletius, quæ operatur omnia? Si autem sensus operatur, quis horum, quæ sunt, magis quam illa est artifex? Et si justitiam quis diligit, labores hujus magnas habent virtutes, sobrietatem enim, & prudentiam docet, & justitiam, & virtutem, quibus utilius nihil est in vita hominibus.

Graduale. Eccl. 44. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo.

V. Non est inventus similis illi, qui conservaret legem Excelsi. Alleluja, alleluja.

V. Justus germinabit sicut lilium, & florebit in æternum ante Dominum. Alleluja.



Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. Lucae 11.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nemo lucernam accendit, & in abscondito ponit, neque sub modio, sed supra candelabrum, ut qui ingrediuntur, lumen videant. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebratum erit. Vide ergo ne lumen, quod in te est, tenebræ sint. Si er-

go corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum, & sicut lucerna fulgoris illuminabit te.

Dicitur Credo, & per Octavam.

Offertorium. Psal. 88. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso, & in nomine meo exaltabitur cornu ejus. Secreta.

Sancti Laurentii Confessoris tui atque Pontificis, quæsumus Domine, annua sollemnitas pietati tuæ nos reddat acceptos, ut per hæc præ placationis officia, & illum beata retributio comitetur, & nobis gratiæ tuæ dona conciliet. Per Dominum.

Præfatio, & Communicantes de Epiph.

Communio. Luc. 12. Fidelis servus, & prudens, quem constituit dominus super familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram. Postcommunio.

Uos cælesti alimonia satiasti, quæsumus omnipotens Deus, ut ad imitationem beati Laurentii Confessoris tui atque Pontificis, eos facias prospera mundi despiciere, & veram sapientiam, quam amavit, quærere, & invenire. Per Dominum.

Infra Oct. fit commem. de Oct. S. Laurentii juxta Rubricas Missalis Romani.

In die Oct. dicitur eadem Missa, excepta Præfatione, quæ dicitur de Comuni.

Die xiv. Januarii.

IN FESTO S. PETRI URSEOLI.

Missæ. Os justi. de Comuni Confessoris non Pontificis. xv. præter Orationem propriam. Oratio.

Deus, qui Beatum Petrum Venetorum Ducem Cælesti Regno terrenum postponere docuisti: da nobis, quæsumus, ejus intercessione, & exemplo terrena despiciere, atque æterna sectari. Per Dominum.

Evang. Ecce nos reliquimus omnia. de Comuni Abbat. fol. xvii.

Die xviii. Januarii.

IN FESTO DESPONSATIONIS

B. M. V. cum S. Joseph. Introit. Sedulus.



Alve sancta parens, enixa puérpera Regem, qui cælum, terramque regit in sæcula sæculorum.

Psal. 44. Eructavit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea Regi.

V. Gloria Patri, &c.

Ora-

## Oratio.

**F** Amulis tuis, quæsumus Dómine, cœlestis grátie munus impertire, ut quibus beátæ Virginitatis partus extitit salutis exórdium, Desponsationis ejus votiva solémitas pacis tribuat incrementum. Per Dóminum nostrum.

*Pro commem. S. Joseph, ubi est concessa.*

## Oratio.

**S**anctissimæ Genitricis tuæ sponsi, quæsumus, Dómine, méritis adjuvémur, ut, quod possibilitas nostra non obtinet, ejusnobis intercessióne donétur. Qui vivis.

*Pro commemoratione S. Emerentianæ virginis, & martyris.*

## Oratio.

**I**ndulgentiam nobis, quæsumus Dómine, beáta Emerentiána virgo & martyr implóret, quæ tibi grata semper extitit, & mérito castitatis, & tuæ professione virtutis. Per Dóminum nostrum.

*Lectio libri Sapiéntiæ. Prov. 8c*

**D**ominus possédit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret à principio. Ab ætérno ordináta sum, & ex antiquis, antequam terra fieret. Nondum erant abyssi, & ego jam concépta eram, necdum fontes aquarum erúperant, necdum montes gravi mole constiterant, ante colles ego parturiébar, adhuc terram non fécerat, & flúmina, & cárdines orbis terræ. Quando præparábat cœlos, áderam, quando certa lege, & gyro vallábat abyssos, quando æthera firmábat sursum, & librábat fontes aquarum, quando circúmdabat mari términum suum, & legem ponébat aquis, ne transírent fines suos, quando appendébat fundaménta terræ. Cum eo eram, cuncta compónens, & delectábar per singulos dies, ludens coram eo omni témpore, ludens in orbe terrarum, & delíciæ meæ esse cum filiis hóminum. Nunc ergo filii audíte me: Beáti qui custódiunt vias meas. Audíte disciplinam, & estóte sapiéntes, & nolíte abjicere eam. Beátus homo, qui audít me, & qui vígilat ad fores meas quotidie, & obsérvat ad postes óstii mei. Qui me invénerit, invéniet vitam, & háuriet salutem à Dómino.

*Graduale.* Benedícta, & venerábilis es virgo María, quæ sine tactu pudóris, inventa es mater Salvatóris. *V.* Virgo Dei genitrix, quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera, factus homo. *Allelúja, allelúja.*

*V.* Felix es sacra virgo María, & omni laude digníssima, quia ex te ortus est sol

justítie, Christus Deus noster. *Allelúja.*

*Post Septuagesimam, omisso Allelúja.*

*& V. sequenti, dicitur Tract. Gaude María virgo, cunctas hæreses sola interemísti.*

*V.* Quæ Gabriélis Archángeli dictis credidísti. *V.* Dum virgo Deum & hóminem genuísti, & post partum, Virgo invioláta permansísti.

*V.* Dei Génitrix intercède pro nobis.



*Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. Matth. r.c*

**C**um esset desponsáta mater Jesu María Joseph, antequam convenirent, inventa est in útero habens de Spíritu sancto. Joseph autem vir ejus, cum esset justus, & nollet eam tradúcere, voluit occultè dimíttere eam. Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Dómini apparuit in somnis ei, dicens: Joseph fili David, noli timere accipere Mariám conjugem tuam, quod enim in ea natum est, de Spíritu sancto est. Páriet autem filium, & vocábis nomen ejus Jesum. Ipse enim salvum faciet populum suum à peccátis eórum. *Credo.*

*Offert.* *B*eáta es virgo María, quæ ómnium portásti Creatórem: genuísti, qui te fecit, & in ætérnum pórmanes virgo. *Secreta.*

**U**nigéniti tui, Dómine, nobis succúr- rat humanitas, ut qui natus de Virgine matris integritatem non mínuit, sed sacrávit, in Desponsationis ejus solémnis, nostris nos piáculis exuens, oblationem nostram tibi faciat acceptam Jesus Christus Dóminus noster. Qui tecum, &c.

*Pro commemor. S. Joseph, ubi est concessa. Secreta.*

**D**ebitum tibi, Dómine, nostræ reddimus servitútis suppliciter exorantes, ut suffrágiis beáti Joseph sponsi Genitricis Filii tui Jesu Christi Dómini nostri in nobis tua múnera tueáris, ob cujus venerándam festivitatem, laudis tibi hóstias immolámus. Per eúndem Dóminum.

*Pro S. Emerentiana. Secreta.*

**H**ostias tibi, Dómine, beátæ Emerentianæ virginis; & mátyris tuæ dicatas méritis, benignus assúme, & ad perpétuum nobis tribue provenire subsidium. Per Dóminum nostrum.

*Præfatio de beata Maria. Et te in Desponsatione. fol. 172.*

*Communio.* Beáta viscera Mariæ Virginitis, quæ portaverunt ætérni Patris Filium.

*Post.*

**Postcommunio.**

**S**umpſimus, Dómine, celebritátis ánnuæ votíva sacraménta: præſta quæſumus, ut & temporális vitæ nobis remédia præbeant, & æternæ. Per Dóminum.

**Pro commem. S. Joſeph, ubi eſt conceſſa.**

**Postcommunio.**

**A**délto, nobis, quæſumus miſericors Deus, & intercedente pro nobis beáto Joſeph Confefſóre, tua circa nos propitiátus dona cuſtodi. Per Dóminum.

**Pro ſancta Emerentiana. Postcommunio.**

**D**ivini múnerys largitáte ſatiátí, quæſumus Dómine Deus noſter, ut intercedente beáta Emerentiána vírgine & mártire tua, in ejus ſemper participatióne vivámus. Per Dóminum noſtrum.

Die xxviii. Januarii.

**IN FESTO S. JULIANI**

**Epilcopi, & Confefſoris.**

**Miſſa. Státuit ei Dóminus. de Comuni Confefſoris Pontif. fol. xi. præter primam Orat. ſequentem, & Evangel. ut infra.**

**Oratio.**

**E**xcita, quæſumus Dómine, in pópulo tuo Spíritum Charitátis, quo beátum Juliánum Pontíficem tuum replére dignátus es, & concéde, ut cujus feſtívitatem celebrámus, per ejus ad te exémpa gradiámur. Per Dóminum. in unitáte ejúſdem.

**Sequentia ſancti Evangelii ſecúndum Matthæum. Matth. 6. b**

**I**n illo témpore: Dixit Jeſus diſcípulis ſuis: Nolíte theſaurizáre vobis theſáuros in terra, ubi ærúgo & tinea demolítur, & ubi fures effódiunt, & furántur. Theſaurizáte autem vobis theſáuros in cœlo, ubi neque ærúgo, neque tinea demolítur, & ubi fures non effódiunt, nec furántur. Ubi enim eſt theſáurus tuus, ibi eſt & cor tuum.

Die xxxi. Januarii.

**IN FESTO TRANSLATIONIS**

**Sancti Marci Evangelistæ. Intr. Pſal. 138.**



Ihi autem nimis honoráti ſunt amici tui, Deus: nimis confortátus eſt principátus eórum. **Pſal. ibid. D**ómine probáſti me, & cognovíſti me: tu cognovíſti ſeſſiónem meam,

& reſurrectiónem meam.

**V. Glória Patri, &c.**

**Oratio.**

**D**eus, qui beátum Marcum Evangelíſtam tuum, Evangélicæ prædicatiónis grátia ſublimáſti: præſta quæſumus, ejus nos ſemper & eruditiónem proficere, & oratióne deféndi. Per Dóminum noſtrum.

**Lectio Ezechiélis Prophætæ. Ezech. i. c**

**S**imilitúdo vultus quátuor animálium, & fácies hóminis, & fácies leónis à dextris ipſórum quátuor, fácies autem bovis à ſiniſtris ipſórum quátuor, & fácies áquilæ deſuper ipſórum quátuor. Fácies eórum, & pennæ eórum exténtæ deſuper, duæ pennæ ſingulórum jungebántur, & duæ tegébant córpora eórum, & unumquódque eórum coram fácie ſua ambulábat; ubi erat ímpetus ſpíritus, illuc gradiebántur, nec revertébántur, cum ambulárent. Et ſimilitúdo animálium, aspéctus eórum quaſi carbónum ignis ardéntium, & quaſi aspéctus lampadárurum. Hæc erat víſio diſcúrrens in médio animálium, ſplendor ignis, & de igne fulgur egrédiens. Et animália ibant, & revertébántur in ſimilitúdinem fúlgoris coruſcántis.

**Graduale. Pſal. 44. Conſtitues eos príncipes ſuper omnem terram, mémores erunt nóminis tui, Dómine. V. Pro pátribus tuis nati ſunt tibi filii, propterea pópuli confitebúntur tibi. Allelúja, allelúja.**

**V. Pſalm. 138. Nimis honoráti ſunt amici tui Deus, nimis confortátus eſt principátus eórum. Allelúja.**

**Post Septuagesimam, omiſſo Allelúja. & verſu ſequenti dicitur Tractus. Pſal. 125.**

**Q**ui ſéminant in lácrymis, in gáudio metent. **V. Eúntes ibant, & flebant, mitténtes ſémina ſua. V. Veniéntes autem venient cum exultatióne, portántes mánipulos ſuos.**

**Sequentia ſancti Evangelii ſecúndum Lucam. Luca 10.**

**I**n illo témpore: Designávit Dóminus & álios ſeptuagínta duos, & miſit illos binos ante fáciem ſuam in omnem civitátem, & locum, quò erat ipſe ventúrus. Et dicébat illis: Meſſis quidem multa, operárii autem pauci. Rogáte ergo dóminum meſſis, ut mittat operários in meſem ſuam. Ite, ecce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos. Nolíte portáre ſácculum, neque peram, neque calceaménta, & néminem per viam ſalutavéritis. In quamcúmque domum intravéritis, primùm dicitur:

te : Pax huic dómui ; & si ibi fuerit filius pacis , requiescet super illum pax vestra : sin autem , ad vos revertetur . In eadem autem domo manete , edentes , & bibentes quæ apud illos sunt , dignus est enim operarius mercède sua . Nolite transire de domo in domum . Et in quamcúmque civitatem intraveritis , & susceperint vos , manducate quæ apponuntur vobis , & curate infirmos , qui in illa sunt , & dicite illis : Appropinquavit in vos regnum Dei . **Credo.**

**Offertorium . Psalm. 18.** In omnem terram exivit sonus eorum , & in fines orbis terræ verba eorum .

**Secreta.**

**B**eati Marci Evangelistæ tui solemnitate tibi mûnera deferentes , quæsumus Dómine , ut sicut illum prædicatio evangelica fecit gloriosum , ita nos ejus intercessio , & verbo & opere tibi reddat acceptos . Per Dóminum nostrum .

**Præfatio de Apostolis . fol. 172.**

**Communio . Matth. 10.** Vos , qui secuti estis me , sedebitis super sedes , judicantes duodecim tribus Israel .

**Postcommunio.**

**T**ribuant nobis , quæsumus Dómine , continuum tua sancta præsidium : quo beati Marci Evangelistæ tui præcibus nos ab omnibus semper tueantur adversis . Per Dóminum nostrum .

*Die iii. Februarii.*

**IN FESTO SANCTI BLASII**  
**Episcopi, & Martyris. Pro civitate Venetiarum.**



**G**audeamus omnes in Dómino diem festum celebrantes sub honore Sancti Blasii Martyris , atque Pontificis , de cujus passione gaudent Angeli , & collaudant Filium Dei . **Psalm. 47.** Magnus Dóminus , & laudabilis nimis , in Civitate Dei nostri , in monte Sancto ejus .

**v.** Glória Patri , &c.

**Oratio.**

**D**eus , qui Beatum Blasium Martyrem tuum , atque Pontificem in suis perferendis suppliciis , & in aliorum depellendis infirmitatibus admirabilem effecisti : concede propitius , ut illius , & in Fide constantiam imitemur , & in periculis patrocinia sentiamus . Per Dóminum nostrum .

**L**ectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Hebræos . **Hebr. 11. 1**

**F**ratres , Sancti per fidem vicérunt regna , operati sunt justitiam , adepti sunt repromissiones , obturaverunt ora leonum , extinxerunt impetum ignis , effugerunt aciem gladii , convaluerunt de infirmitate , fortes facti sunt in bello , castra vertérunt exterorum , acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos . Alii autem disténti sunt , non suscipientes redemptionem , ut meliorem invenirent resurrectionem . Alii verò ludibria & verbera experti , insuper & vincula & cárceres , lapidati sunt , secti sunt , tentati sunt , in occasione gladii mortui sunt : circuiérunt in melotis , in pellibus caprinis , egentes , angustiati , afflicti , quibus dignus non erat mundus : in solitudinibus errantes , in montibus , & speluncis , & in cavernis terræ . Et hi omnes testimonio fidei probati inventi sunt , in Christo Jesu Dómino nostro .

**Graduale . Psalmus 8.** Glória , & honore coronasti eum . **v.** Et constituisti eum super opera manuum tuarum , Dómine .

**Allelúja , allelúja . v.** Hic est Sacerdos , quem coronavit Dóminus . Allelúja .

**Post Septuagesimam omissis Allelúja , & v. seq. dicitur Tractus . Psalmus 111.** Beatus vir , qui timet Dóminum , in mandatis ejus cupit nimis .

**v.** Potens in terra erit semen ejus , generatio rectorum benedicetur .

**v.** Glória , & divitiæ in domo ejus , & justitia ejus manet in sæculum sæculi .



**S**equentia sancti Evangelii secundum Matthæum . **Matth. 10.**

**I**n illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Cum persequentur vos in Civitate ista , fugite in aliam . Amen dico vobis , non consummabitis Civitates Israel , donec veniat Filius hominis . Non est Discipulus super Magistrum , nec servus super Dóminum suum . Sufficit Discipulo , ut sit sicut Magister ejus , & servo , sicut Dóminus ejus . Si Patrem familias Beelzebub vocaverunt , quanto magis domesticos ejus ? Ne ergo timueritis eos . Nihil enim est opertum , quod non revelabitur , & occultum , quod non sciatur . Quod dico vobis in tenebris , dicite in lumine , & quod in aure auditis , predicatè super tecta . Et nolite timere eos , qui occidunt corpus , ani-

ánimam autem non possunt occidere, sed potius timete eum, qui potest & ánimam & corpus perdere in gehénnam.

**Offertorium . Sap. 10. 18.** Intransiit illum Dóminus per aquam nímiám, & ab altitúdine inimicórum edúxit illum.

**Secreta.**

**H**ostias tibi, Dómine, beáti Blásii Mártiris tui, atque Pontíficis dicatas méritis benignus assúme, & ad perpetuum nobis tríbe provenire subsidium. Per Dóminum nostrum.

**Communio. Psal. 88. 36.** Semel jurávi in Sancto meo, semen ejus in aeternum manebit, & sedes ejus sicut Sol in conspéctu meo, & sicut luna perfecta in aeternum, & testis in Coelo fidelis. **Postcommunio.**

**P**ercépta nobis, Dómine, praebeant Sacraménta subsidium: & praesta, ut Beáti Blásii Mártiris tui, atque Pontíficis méritis, & intercessióne nulla nobis noceat advérsitas, & nulla dominetur iniquitas. Per Dóminum nostrum.

*Die v. Februarii.*

**IN FESTO SS. MARTYRUM**

**Japonum e Societate Jesu Pauli, Joannis, & Jacobi, pro Sacerdotibus ejusdem Societatis tantum. Missa. Salus autem. de Comuni plurimor. mart. fol. x. Evangel. verò. Cum audieritis praelia. de eodem Comuni. fol. ix. Oratio.**

**D**eus, qui primítias fidei apud Japoniaé gentes Beatórum mártirum tuórum Pauli, Joánnis, & Jacóbi ságuine confirmásti: concéde propítius, ut ad tui nóminis confessiónem, quorum excitámur exémpis, eórum précibus adjuvémur. Per Dóminum nostrum.

*Die vi. Februarii.*

**IN FESTO S. DOROTHEÆ**

**Virg. & martyris.**

**Missa. Loquebar. de Comuni Virg. & martyr. fol. xvii. Oratio.**

**O**mnipotens sempitérne Deus, in cuius nómine gloriósa Virgo, & martyr Dorothea multórum génera tormentórum superávit: te suppliciter exorámus; ut ejus intervéntu cuncta perícula vincámus, ipsámque in nostris necessitatibus célerem adjutricem sentiámus. Per Dóminum nostrum.

**Si venerit in Quadrag. fit commem. Fer.**

*Die viii. Februarii.*

**IN FESTO B. HIERONYMI**

**Emiliani Confessoris.**

**In universa Congregatione Somascha, necnon in Urbe Venetiaram, ac in Opido Somaschæ, totoque Bergomensi Territorio celebranda.**

**Introitus.**

**Psal. 91.**



Ustus ut palma florébit, sicut cedrus Líbani multiplicábitur: plantátus in domo Dómini, in átriis domus Dei nostri. **Psal. ibid. B**onum est confitéri Dómino, &

psállere nómini tuo, Altíssime.

**V. Glória Patri, &c.**

**Oratio.**

**D**eus, misericordiárum Pater, per mérita, & intercessiónem Beáti Hierónymi, quem Orphanis adjutórem, & patrem esse voluísti, concéde, ut spíritum adoptiónis, quo filii tui nominámur, & sumus, fideliter custodiámus. Per Dóminum nostrum.

**L**ectio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios. **1. Cor. b**

**F**ratres, spectáculum facti sumus mundo, & Angelis, & homínibus. Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo: nos infirmi, vos autem fortes: vos nóbiles, nos autem ignóbiles. Usque in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & instábiles sumus, & laborámus operántes mánibus nostris: maledícimur, & benedicimus: persecutiónem pátimur, & sustinémus: blasphemámur, & obsecrámus: tamquam purgaménta hujus mundi facti sumus, ómnium peripséma usque adhuc. Non ut confundam vos, hæc scribo; sed ut filios meos charíssimos méneo in Christo Jesu Dómino nostro.

**Graduale. Psal. 36. O**s justí meditábitur sapiéntiam, & lingua ejus loquétur júdicium. **V. Lex Dei ejus in corde ipsius, & non supplantábuntur gressus ejus.**

**Allelúja, allelúja. V. Psal. III. B**eátus vir, qui timet Dóminum: in mandátis ejus cupit nimis. Allelúja.

**Post Septuagesimam, omísis Allelúja, & Versu sequenti, dicitur Tractus. Psal. III. B**eátus vir, qui timet Dóminum: in mandátis ejus cupit nimis.

**V. Potens in terra erit semen ejus: generatio rectórum benedicétur.**

**V. Gló.**

**V.** Glória, & divitiæ in domo ejus: & justitia ejus manet in sæculum sæculi.

**Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.** **Luc. 12. d**

**I**N illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam. Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cælis: quo fur non appropriat neque tinea corrumpit. Ubi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit.

**Offertorium. Psalm. 20.** In virtute tua, Domine, latabitur justus, & super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium animæ ejus tribuisti ei. **Secreta.**

**O**Mnipotens sempiternæ Deus, terrenis rebus tenacius adherentes, ad verum mundi contemptum, Beati Hieronymi exemplo, & intercessione, misericorditer accende. Per Dominum.

**Communio. Matth. 10.** Amen dico vobis, quod vos, qui reliquistis omnia, & secuti estis me, centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis.

**Postcommunio.**

**Q**uæsumus omnipotens Deus, quos tuis reficis Sacramentis, eos facias, intercedente Beato Hieronymo, ad cælestem patriam pervenire, ut cum ipso in perpetuum te amare, ac laudare valeamus. Per Dominum nostrum.

Die x. Februarii.

IN FESTO COMMÉM. ADVEN.

**S. Pauli Apostoli in Insulam Melivitanam.** **Introitus. 2. Tim. 1.**



**C**io cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum servare in illum diem justus iudex.

**Psalm. 138.** Domine probasti me, & cognovisti me:

tu cognovisti sessionem meam, & resurrectionem meam.

**V.** Glória Patri, &c. **Oratio.**

**D**eus, qui multitudinem gentium beati Pauli Apostoli prædicatione docuisti: da nobis, quæsumus, ut cujus Adventus in hanc Insulam commemorationem colimus, ejus apud te patrocinia sentiamus. Per Dominum nostrum.

**Et fit commemoratio sancti Petri Apostoli, &c. ut in die 30. Junii. fol. 352.**

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Galatas.** **Gal. 1. c**

**F**Ratres, Notum vobis facio Evangelium, quod evangelizatum est à me, quia non est secundum hominem, neque enim ego ab homine accépi illud, neque didici, sed per revelationem Jesu Christi. Audistis enim conversationem meam aliquando in Judaismo, quoniam supra modum persequébar Ecclesiam Dei, & expugnabam illam, & proficiebam in Judaismo supra multos coetaneos meos in genere meo abundantius æmulator existens paternarum mearum traditionum. Cum autem placuit ei, qui me segregavit ex utero matris meæ, & vocavit per gratiam suam, ut revelaret Filium suum in me, ut evangelizarem illum in Gentibus, continuo non acquievi carni, & sanguini, neque veni Jerosolymam ad antecessores meos Apostolos, sed abii in Arabiam, & iterum reversus sum Damascum, deinde post annos tres veni Jerosolymam videre Petrum, & mansi apud eum diebus quindecim, alium autem Apostolorum vidi neminem, nisi Jacobum fratrem Domini. Quæ autem scribo vobis: ecce coram Deo, quia non mentior.

**Graduale. Galat. 2.** Qui operatus est Petro in Apostolatam, operatus est & mihi inter Gentes, & cognoverunt gratiam Dei, quæ data est mihi.

**V. 1. Cor. 15.** Grátia Dei in me vacua non fuit, sed grátia ejus semper in me manet. **Allelúja, allelúja.** **V.** Sancte Paule Apostole, prædicator veritatis, & Doctor Gentium, intercede pro nobis, Allelúja.

**Si venerit post Septuagesimam. Tractus.** Tu es vas electionis, sancte Paule Apostole, verè dignè es glorificandus.

**V.** Prædicator veritatis, & Doctor Gentium in fide, & veritate.

**V.** Per te omnes Gentes cognoverunt gratiam Dei. **V.** Intercede pro nobis ad Deum, qui te elegit.

**Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.** **Matth. 8. c**

**I**N illo tempore: Ascendente Jesu in naviculam, secuti sunt eum discipuli ejus, & ecce motus magnus factus est in mari, itaut navicula operiretur fluctibus, ipse verò

verò dormiēbat. Et accessērunt ad eum discipuli ejus, & suscitavērunt eum, dicētes: Dómine, salva nos, perimus. Et dicit eis Jesus: Quid tímidi estis, módicæ fidei? Tunc surgens imperávit ventis, & mari, & facta est tranquillitas magna. Porrò hómines miráti sunt, dicētes: Qualis est hic, quia venti, & mare obédiunt ei. **C**redo.

**Offertorium. Psal. 138. M**ihi autem nimis honoráti sunt amíci tui, Deus, nimis confortátus est principátus eórum. **Secreta.**

**A**postoli tui Pauli précibus, Dómine, plebis tuæ dona sanctífica, ut quæ tibi tuo grata sunt institúto, gratióra fiant patrocínio supplicántis. Per Dóminum.

**Et fit commemoratio sancti Petri Apostoli, &c. ut in die 30. Junii. fol. 352.**

**P**refatio de Apostolis. fol. 172.

**Communio. Matth. 16. A**men dico vobis, quòd vos, qui reliquistis ómnia, & secuti estis me, centuplum accipiētis, & vitam ætérnam possidebitis. **Postcommunio.**

**P**ercéptis, Dómine, sacraméntis, beáto Paulo Apóstolo tuo interveniēte deprecámur, ut quæ pro illius celebráta sunt glória, nobis proficiant ad medélam. Per.

**Et fit commemoratio sancti Petri Apostoli, &c. ut in die 30. Junii. fol. 352.**

Die xiii. Februarii.

**IN FESTO S. FUSCÆ**

Virg. & mart. Pro Civitate Venetiarum. **Missa. M**e expectavērunt. de Comuni Virginum. fol. xxii.

**Et fit commem. Fer. si celebretur in Quadragesima, cum ejus Evangelio in fine.**

Die xix. Februarii.

**IN FESTO S. CONRADI**

Confessoris.

Apud Netinos & Placentinos. **Missa. J**ustus, ut palma. fol. xvi. **Evang. Ecce nos** reliquimus. **ut in Comuni Abbat. fol. xvii.**

Die xxiii. Februarii.

**IN FESTO S. MARGARITÆ**

de Cortona. Pro tota Italia tantum.

**Introitus. Psal. 118.**

Ognóvi, Dómine, quia æquitas júdicia tua, & in veritate tua humiliásti me: confige timóre tuo carnes meas, à mandátis tuis tímui.

**Psal. ibid. B**eáti immaculá-



ti in via, qui ámbulant in lege Dómini.

**V. Glória Patri, &c.**

**Oratio.**

**D**eus, qui famulam tuam Margarítam de perditionis via ad salutis trámitem misericórditer deduxísti: eádem, nobis miseratióne concéde, ut quam prius errántem sectári non erubúimus, mox poeniténtem ímpigrè sequi gloriémur. Per Dóminum nostrum.

**Si hoc Festum (in Anno Comuni) venerit in Quadrages. primò fit commemor. Fer. postea Vigil. S. Mathiæ. In Anno autem Bissextili (nisi fuerit Sabb.) fit commemor. Fer. tantum, & Orat. iii. erit A cunctis nos. cum suis Secretis & Postcommunibus, ut in Miss.**

**Si fuerit ante Quadrages. (in Anno Comuni) fit commemor. Vigil & Oratio tertia erit A cunctis nos, &c. Sed in Anno Bissextili (nisi fuerit Sabbatum) Oratio secunda. A cunctis. & tertia ad libitum.**

**L**ectio libri Sapiéntiæ.

**Cant. 3.**

**S**urgam, & circuibo civitatem, per vias & plateas quæram, quem diligit ánima mea: quæsi vi illum, & non invéni. Invenérunt me vígiles, qui custódiunt civitatem. Num, quem diligit ánima mea, vidístis? Páululum cum pertransissem eos, invéni quem diligit ánima mea: tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum mátris meæ, & in cubículum genitricis meæ. Adjúro vos filix Jerúsalem per cápreas cervósq; campórum, ne suscitétis, neque evigiláre faciátis diléctam, donec ipsa velit. Pone me ut signáculum super cor tuum, ut signáculum super bráchium tuum: quia fortis est ut mors diléctio: dura sicut inférnus æmulatio, lámpades ejus, lámpades ignis atque flammárum. Aquæ multæ non potuerunt extingueré charitatem, nec flúmina óbruent illam: si déderit homo omnem substántiam domus suæ pro dilectiône, quasi nihil despiciet eam.

**Graduale. Psalm. 44. D**iffúsa est grátia in lábiis tuis: propterea benedixit te Deus in ætérnum. **V. Propter veritatem & mansuetúdinem, & justitiam, & dedúcet te mirabiliter dextera tua.**

**Tractus. V**eni sponsa Christi, áccipe coronam, quam tibi Dóminus preparávit in ætérnum. **V. Dilexísti justitiam, & odísti iniquitatem propterea unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætitiæ præ consórtibus tuis.**

tuis. **V.** Spécie tua & pulchritudine tua inténde, prospère procéde, & regna.



Sequéntia sancti Evangelii secúndum Matthæum. **Matth. 13.**

**I**N illo témpore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro: quem qui invenit homo, abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit univérfa, quæ habet, & emit agrum illum. Iterum simile est regnum cœlorum homini negotiatóri quærenti bonas margaritas. Inventa autem una pretiosa margarita, abiit, & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam. Iterum simile est regnum cœlorum sagénæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti. Quam, cum impléta esset, educéntes, & secus littus sedéntes, elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione sæculi: exhibunt Angeli, & separábunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus, & stridor dentium. Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei: Etiam. Ait illis: Ideo omnis scriba doctus in regno cœlorum, similis est homini patrifamiliæ, qui profert de thesauro suo nova & vétera.

**Offertorium. Ibid.** Diffusa est grátia in labiis tuis: propterea benedixit te Deus in ætérnum, & in sæculum sæculi. **Secreta.**

**P**lacationis hostia, quam tibi offerimus Dómine, beatæ Margaritæ interveniente suffragio, optatæ nobis indulgentiæ plenitudinem elargiatur. Per Dóminum.

**In Quadrag. fit commem. Fer. Postea de Vigilia S. Mathiæ Apostoli, ut in Missali.**

**Ante Quadragesimam, fit commemor. Vigiliæ, & Oratio tertia erit. Exaudi nos, &c. ut in Missali.**

**Communio. Ibid.** Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. **Postcommunio.**

**U**Beres, Dómine, sanctæ tuæ Margaritæ lacrymæ duritiem nostri cordis emolliant, ut per hujus virtutem Sacramenti debitas reatibus flammæ incessanti fletu extinguamus. Per Dóminum.

**Si fuerit in Quadrag. fit comm. Fer. Postea de Vigil. S. Mathiæ Apostoli, ut in Missali, in fine Missæ legitur Evangel. Feriæ.**

**Ante Quadragesimam fit comm. Vigil. & tertia Oratio erit. Mundet & muniat. ut**

**in Missali, & legitur Evangel. Vigiliæ in fine Missæ. In Anno autem Bissextili (nisi fuerit Sabbatum) in fine Missæ legitur Evangel. sancti Joannis.**

*Die xiii. Martii.*

**I**N FESTO S. LEANDRI Episcopi Hispalensis, & Confessoris. **Missæ. In medio. de Comuni Doctorum, cum Credo. fol. 14. Oratio.**

**D**Eus, qui Ariánam pravitatem doctrina sancti Confessoris tui atque Pontificis Leandri, ex Hispania propulisti; da plebi tuæ, ut ejusdem meritis, & precibus ab omni errorum, & vitiorum labe semper libera conservetur. Per Dóminum.

*Die xviii. Martii.*

**I**N FESTO S. GABRIELIS Archangeli. **Pro Regnis Hispanis.**

**Introitus. Psal. 102.**



**B**enedicite Dómino omnes Angeli ejus, potentes virtute, qui facitis verbum ejus, ad audiendam vocem sermonum ejus. **Psal. ibid. Benedic, anima mea, Dómino, & omnia, quæ intra me sunt, nómini sancto ejus.**

**V.** Glória Patri, &c. **Oratio.**

**D**Eus, qui inter ceteros Angelos, ad annuntiandum incarnationis tuæ mysterium, Gabrielem Archangelum elegisti: concede propitius, ut qui festum ejus celebramus in terris, ipsius patrocinium sentiamus in cœlis. Qui vivis, & regnas, &c.

**Lectio Daniëlis Prophætæ. Dan. 9.**

**I**N diebus illis: Ecce vir Gabriel, quem videram in visione à principio, citò volans tetigit me in témpore sacrificii vespertini. Et docuit me, & locutus est mihi, dixitque: Daniël, nunc egressus sum, ut docerem te, & intelligeres. Ab exordio precum tuarum egressus est sermo: ego autem veni, ut indicarem tibi, quia vir desideriorum es: tu ergo animadvertite sermonem, & intellige visionem. Septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt super populum tuum, & super urbem sanctam tuam, ut consummetur prævaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio, & prophetia, & ungetur Sanctus sanctorum. Scito ergo, &

animadvérte. Ab éxitu sermónis, ut íterum ædificétur Jerúsalem, usque ad Christum ducem hebdomades septem, & hebdomades sexaginta dux erunt, & rursus ædificábitur platéa, & muri in angústia témporum. Et post hebdomades sexaginta duas occidétur Christus, & non erit ejus pópulus, qui eum negáturus est. Et civitátem, & sanctuárium dissipábit pópulus cum duce ventúro, & finis ejus vastitas, & post finem belli statúta desolátio.

**Graduale. Psalm. 102.** Benedícite Dómino omnes Angeli ejus, poténtes virtúte, qui fácitis verbum ejus. *V.* Benedic, ánima mea, Dómino, & ómnia interióra mea Nomen sanctum ejus.

**Tract. Luc. 1.** Ave María, grátia plena, Dóminus tecum. *V.* Benedícta tu in muliéribus, & benedíctus fructus ventris tui.

*V.* Ecce concípies, & páries filium, & vocábis nomen ejus Emmánuel. *V.* Spíritus sanctus supervéniet in te, & virtus Altíssimi obumbrábit tibi. *V.* Ideóque & quod nascétur ex te Sanctum, vocábitur Fílius Dei.

*Si hoc festum post Pascha celebretur, omititur Graduale, & ejus loco dicitur Allel. allel. V. Psal. 103.* Qui facit Angelos suos spíritus, & ministros suos flammam ignis. Allel.

*V. Luc. 1.* Ave María, grátia plena, Dñs tecum: Benedícta tu in muliéribus. Allel.



Sequéntia sancti Evangélii secúndum Lucam. **Lucæ 1.**

**I**N illo témpore: Missus est Angelus Gábríel à Deo in civitátem Galilææ, cui nomen Názareth, ad Vírginem desponsátam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, & nomen Vírginis, María. Et ingressus Angelus ad eam, dixit; Ave grátia plena, Dóminus tecum, Benedícta tu in muliéribus. Quæ cum audisset, turbáta est in sermóne ejus, & cogitábat, qualis esset ista salutátio. Et ait Angelus ei: Ne tímeas, María, invenísti enim grátiam apud Deum, ecce concípies in útero, & páries Fílium, & vocábis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, & Fílius Altíssimi vocábitur, & dabit illi Dóminus Deus sedem David patris ejus, & regnábit in domo Jacob in atérnum, & regni ejus non erit finis. Dixit autem María ad Angelum: Quómodo fiet istud, quóniam virum non cognóscó? Et respóndens Angelus, dixit ei: Spíritus sanctus supervéniet in te, & virtus Altíssimi

Miss. Rom.

obumbrábit tibi. Ideóque & quod nascétur ex te Sanctum, vocábitur Fílius Dei. Et ecce Elisabeth cognáta tua, & ipsa concépit filium in senectúte sua, & hic mensis sextus est illi, quæ vocátur stérilis; quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem María: Ecce ancílla Dómini, fiat mihi secúndum verbum tuum. **Credo.** **Offertorium. Apoc. 8. 8.** tetit Angelus juxta aram templi, habens thuríbulum aureum in manu sua, & data sunt ei incénsa multa, & ascéndit fumus arómatum: in conspéctu Dei. **Secreta.**

**A**ccéptum fiat in conspéctu tuo, Dómine, nostræ servitútis munus, & beáti Archángeli Gábríelis orátio: ut qui à nobis venerátur in terris, sic apud te pro nobis sit advocátus in cœlis. Per Dóminum.

**Comm. Dan. 2.** Benedícite omnes Angeli Dómini, Dómino, hymnum dicite, & superexaltáte eum in sæcula. **Postcommunio.**

**C**orporis tui, & Sanguinis sumptis mystériis, tuam, Dómine Deus noster, deprecámur cleméntiam, ut sicut Gábríele nuntiánte, incarnationem tuam cognóvimus, ita ipso adjuvánte, incarnationis ejusdem beneficia consequámur. Qui vivis, &c.

Die xviii. Martii.

**IN FESTO S. GABRIELIS Archangeli. Celebratur Venetiis.**

**Introitus. Psalm. 67.**



Ravenérunt príncipes, conjúcti psalléntibus in médio juvenúlarum tympanistriarum.

**Psal. ibid.** Exúrgat Deus, & dissipéntur inimíci ejus, & fugiant, qui odérunt eum, à facie ejus. *V.* Glória Patri. **Oratio.**

**D**eus, qui inter céteros Angelos ad annuntiándum incarnationis tuæ mystérium Gábríelem Archángelum elegísti: concede propítius, ut qui festum ejus celebrámus in terris, ipsius patrocínium lentiámus in cœlis. Qui vivis, & regnas, &c.

**Lectio Daniélis Prophétæ. Dan. 9.**

**I**N diébus illis: Factum est, cum orárem, & confitérer peccáta mea, & peccáta pópuli mei Israel, & prostérnerem preces meas in conspéctu Dei mei, pro monte sancto Dei mei. Adhuc me loquente in oratione; ecce vir Gábríel, quem videram in visione à principio, citò volans, tétigit me in témpore sacrificii vespertini. Et dócuit me, & locútus est mihi,

f

mihi, dixitque: Dániel, nunc egressus sum, ut docerem te, & intelligeres. Ab exordio precum tuarum egressus est sermo, ego autem veni, ut indicarem tibi, quia vir desideriorum es, tu ergo animadvertite sermonem, & intellige visionem. Septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt super populum tuum, & super urbem sanctam tuam, ut consummetur prævaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio, & prophetia, & ungatur Sanctus sanctorum. Scito ergo, & animadvertite: Ab exitu sermonis, ut iterum ædificetur Jerúsalem, usque ad Christum ducem, hebdomades septem, & hebdomades septuaginta duæ erunt, & rursus ædificabitur platea & muri in angustia temporum. Et post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus & non erit ejus populus, qui eum negaturus est. Et civitatem, & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo, & finis ejus vastitas, & post finem belli statuta desolatio. Confirmabit autem pactum multis hebdomada una, & in dimidio hebdomadis deficiet hostia, & sacrificium, & erit in templo abominatio desolationis, & usque ad consummationem, & finem perseverabit desolatio.

**Graduale.** Ingressus Angelus Gábriel ad beatam Virginem, salutavit eam: Ave gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. *Ps.* Quæ cum audisset, turbata est in sermone ejus. Ne timeas Maria, invenisti gratiam apud Dominum.

**Tractus.** Gaude Maria virgo, cunctas hæreses sola interemisti. *Ps.* Quæ Gabriëlis Archàngeli dictis credidisti. *Ps.* Dum Virgo Deum, & hominem genuisti, & post partum, Virgo inviolata permansisti.

**Post Pascha, omittis Graduali & Tractu, dicitur Allelúja, allelúja.**

*Ps.* Angelus Domini nuntiavit Mariæ, & concepit de Spiritu sancto. Allelúja.

*Ps.* Ne timeas Maria, invenisti gratiam apud Dominum. Allelúja.

**Evang.** Missus est Angelus. *ut sup.* fol. lxxxii.

**Offertorium.** Gábriel Angelus stans à dextris altaris incensæ, ipse pro nobis offerat orationem ad Dominum, ut acceptabile sibi sit sacrificium nostrum. **Secreta.**

**A**nnue nobis, misericors Deus, ut intercedente beato Gabriële Archàngelo tuo, hostias placationis, & laudis, sincero tibi deferamus obsequio. Per Dominum.

**Communio.** Gábriel Angelus locutus est Mariæ, dicens: Ave gratia plena, Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus.

**Postcommunio.**

**D**A nobis, quæsumus Domine Deus noster, ut interveniente beato Gabriële Archàngelo tuo, quæ tua sunt jugiter exequentes donis mereamur cælestibus propinquare. Per Dominum.

## M I S S A D E L A N C E A & Clavis Domini.

**Dicenda per Germaniam proxima Feria vi. post Oct. Paschæ, non impedita festo ix. Lect. Ex concessione Bonifacii VI. & Innocentii VI. Papæ. Introitus. Psal. 21.**



**O**derunt manus meas, & pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea, & sicut aqua effusus sum, allel. allel. allel. **Psal. ibid.** Factum est cor meum tanquam cera lique-

scens in medio ventris mei.

*Ps.* Glória Patri, &c.

**Oratio.**

**D**Eus, qui in assumptæ carnis infirmitate Clavis affigi, & Lancea vulnerari pro mundi salute voluisti: concede propitius, ut qui eorundem Clavorum, & Lanceæ solèmnia veneramur in terris, de glorioso victoriæ tuæ triumpho gratulemur in cælis. Qui vivis, &c.

**Lectio Zachariæ Prophætæ. Cap. 12. c.**

**H**æc dicit Dominus: Effundam super domum David, & super habitatores Jerúsalem spiritum gratiæ & precum, & aspicient ad me, quem confixerunt, & plangent eum planctu quasi super unigenitum, & dolébunt super eum, ut doleri solet in morte primogeniti. In die illa magnus erit planctus in Jerúsalem, & dicetur ei: Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? Et dices: His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me. Fræmea suscitare super pastorem meum, & super virum cohærentem mihi, dicit Dominus exercituum: Percute pastorem, & dispergentur oves, ait Dominus omnipotens. Allelúja, allelúja.

*Ps.* Ave Rex noster, tu solus nostros es miseratus errores: Patri obediens, ductus es ad crucifigendum, ut agnus mansuetus ad occisionem. Allelúja.

*Ps.* Tibi glória, hosanna, tibi triumphus & victória, tibi, summæ laudis, & honoris coróna. Allelúja.

**Sequētia sancti Evangelii secū-  
dūm Joānem. Cap. 19.**

**I**N illo tēpore: Sciens Jesus, quia om-  
nia consummata sunt, ut consummarē-  
tur Scriptūra, dixit: Sitio. Vas ergo  
positum erat aceto plenum. Illi autem spon-  
giam plenam aceto, hyssopo circumponen-  
tes, obtulerunt ori ejus. Cū ergo accepisset  
Jesus acetum, dixit: Consummatum est.  
Et inclinato capite tradidit Spiritum. Judaei  
ergo (quoniam Parasceve erat) ut non re-  
manerent in cruce corpora sabbato (erat  
enim magnus dies ille sabbati) rogaverunt  
Pilatum, ut frangerentur eorum crura, &  
tollerentur. Venērunt ergo milites, & primi  
quidem fregērunt crura, & alterius, qui cru-  
cifixus est cum eo. Ad Jesum autem cū ve-  
nissent, ut viderent eum jam mortuum, non  
fregērunt ejus crura, sed unus militum lan-  
cea latus ejus aperuit, & continuo exiit san-  
guis & aqua. Et qui vidit, testimonium per-  
hibuit, & verum est testimonium ejus.

**Offert.** Insurrexerunt in me viri iniqui, abs-  
que misericordia quasiērunt me interficere,  
& non pepercerunt in faciem meam spūere:  
Lanceis suis vulneraverunt me, & concussa  
sunt omnia ossa mea, allel. allel. **Secreta.**

**S**anctificet nos, quæsumus Dōmine, hoc  
sanctum & immaculatum sacrificium  
vespertinum, quod unigenitus Filius tuus in  
cruce obtulit pro salute mundi. Qui tecum.

**Præfatio de Cruce.** fol. 175.  
**Communio.** Videbunt, in quem transi-  
xerunt, cū moverentur fundamenta ter-  
ra, allelūja. **Postcommunio.**

**D**omine Jesu Christe, qui temetipsum  
in Cruce holocaustum immaculatum  
& spontaneum Deo Patri obtulisti, quæsu-  
mus, ut ejusdem sacrificii oblatio venerā-  
da indulgentiam nobis obtineat, & gloriā  
sempiternā. Qui vivis, & regnas, &c.

*Dominica tertia post Pascha.*

**MISSA DE PATROCINIO  
Sancti Joseph. Introitus.**



Djutor, & Protector noster  
est Dōminus, in eo latābi-  
tur cor nostrum, & in nō-  
mine sancto ejus sperābimus,  
allelūja, allelūja.

**Palm. 79.** Qui regis Israel,  
intēde, qui deducis velut ovem Joseph.  
**V.** Glōria Patri, &c.

**Oratio.**

**D**Eus, qui ineffabili providētia beā-  
tum Joseph Sanctissimæ Genitricis  
tuæ Sponsū eligere dignatus es: præsta,  
quæsumus, ut, quem Protectōrem vene-  
rāmur in terris, intercessōrem habere me-  
reāmur in cœlis. Qui vivis, & regnas.

**Deinde fit commem. Dominicæ tertiæ.**

**Oratio.**

**D**Eus, qui errantibus, ut in viam pos-  
sint redire justitiæ, veritatis tuæ lumen  
ostēdis: da cunctis, qui Christiāna profes-  
siōne censentur, & illa respūere, quæ huic  
inimica sunt nōmini, & ea, quæ sunt  
apta, sectari. Per Dōminum nostrum.

**Lectio libri Genesis.**

**Cap. 49.**

**F**ilius accrescens Joseph, filius accrescens  
& decorus aspectu, filia discurrerunt  
super murum. Sed exasperaverunt eum, &  
jurgati sunt, invideruntque illi habentes ja-  
cula. Sedit in forti arcus ejus, & dissoluta  
sunt vincula brachiorum, & manuum il-  
lius per manus potentis Jacob: inde Pa-  
stor egressus est, lapis Israel. Deus patris  
tui erit adjutor tuus, & omnipotens be-  
nedicet tibi benedictionibus Cœli desuper,  
benedictionibus abyssi jacētis deorsum,  
benedictionibus ūberum, & vulvæ. Be-  
nedictiones patris tui confortatae sunt be-  
nedictionibus patrum ejus, donec veniret  
desiderium Collium aternorum. Fiant in  
capite Joseph & in vertice Nazaræi inter  
fratres suos. Allelūja, allelūja.

**Ps.** De quacūque tribulatione clamave-  
rint ad me, exaudiam eos, & ero Protec-  
tor eorum semper. Allelūja.

**Ps.** Fac nos innocuam, Joseph, decurre-  
re vitam, sitque tuo semper tuta Patro-  
cinio. Allelūja.



**Sequētia sancti Evangelii secū-  
dūm Lucam. Cap. 3**

**I**N illo tēpore: Factum est autem cū  
baptizaretur omnis pōpulus, & Jesu  
baptizato, & orante, apertum est Cœ-  
lum, & descendit Spiritus Sanctus corpo-  
rali specie sicut Colūmba in ipsum, &  
vox de Cœlo facta est. Tu es Filius meus  
dilectus, in te complacui mihi. Et ipse  
Jesus erat incipiens quasi annorum trigia-  
ta, ut putabatur, Filius Joseph. **Credo.**

**Offertorium.** Lauda Jerusalem Dōminum,  
quoniam confortavit seras portarum tuarum,  
& benedixit filiis tuis in te, allelūja, allelūja.

**Secreta.**

**S**anctissimæ Genitricis tuæ Sponsi Patrocínio suffulti rogâmus, Dómine, clementiam tuam, ut corda nostra fácias terræna cuncta despícere, ac te verum Deum perfectâ charitatē diligere. Qui vivis, &c.

**Pro Dominica.****Secreta.**

**H**is nobis, Dómine, mystériis conferâtur, quo terræna desidéria mitigântes, discâmus amâre cœlestia. Per Dóminum.

**Communió.** **J**acob autem genuit Joseph virum Mariæ, de qua natus est Jesus, qui vocâtur Christus, allelúja, allelúja.

**Postcommunió.**

**D**ivini mûneris fonte refecti, quæsumas, Dómine Deus noster, ut sicut nos facis beâti Joseph Protectiõne gaudere, ita ejus méritis, & intercessiõne cœlestis glóriæ fácias esse partícipes. Per Dóminum.

**Pro Dominica.****Postcommunió.**

**S**acraménta, quæ sumpsimus, quæsumus Dómine, & spiritalibus nos instârent alimentis, & corporalibus tueântur auxiliis. Per Dóminum nostrum.

**In fine Missæ Evangelium ejusdem Dominicæ tertiæ.**

**S**equéntia sancti Evangelii secundum Joánnem. **Joan. 16.**

**I**n illo tẽpore: Dixit Jesus discipulis suis: Módicum, & jam non vidébitis me, & iterum módicum, & vidébitis me, quia vado ad Patrem. Dixérunt ergo ex discipulis ejus ad invicem: Quid est hoc, quod dicit nobis: Módicum, & non vidébitis me, & iterum módicum, & vidébitis me, quia vado ad Patrem? Dicébant ergo, quid est hoc, quod dicit, Módicum? nescimus, quid loquitur. Cognóvit autem Jesus, quia volébant eum interrogâre, & dixit eis: De hoc quæritis inter vos, quia dixi: Módicum, & non vidébitis me, & iterum módicum, & vidébitis me. Amen, amen dico vobis, quia plorâbitis, & flébitis vos, mundus autem gaudébit, vos verò contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gáudium. Mûlier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora ejus, cum autem pepererit púerum, jam non méminit præsuræ propter gáudium, quia natus est homo in mundum. Et vos igitur nunc quidem tristitiam habétis, iterum autem videbo vos, & gaudébit cor vestrum, & gáudium vestrum nemo tollet à vobis.

*Dominica iii. post Pascha Venet. & alibi 24. Octobr.*

**IN FESTO S. RAPHAELIS**

**Archangeli.**

**Introitus.**

**Psal. 102**



**B**enedicite Dóminum omnes Angeli ejus, poténtes virtute, qui fácitis verbum ejus, ad audiendam vocem sermónum ejus, allel. allel. **Psal. ibid. B**enedic, ánima mea, Dómino,

& ómnia, quæ intra me sunt, nómini sancto ejus. **V.** Glória Patri, &c. **Oratio.**

**D**eus, qui beâtum Raphaëlem Archangelum Tobíæ famulo tuo cómitem dedísti in via: concède nobis famulis tuis, ut ejusdem semper protegámur custódia, & muniámur auxilió. Per Dóminum.

**Deinde fit comm. Dñicæ iii. post Pascha. Orat. Deus, qui errántibus. cum sua Secr.**

**Postcom. & Evang. in fine Missæ. fol. 209. Lectio libri Tobíæ. Tob. 12. b**

**I**n diébus illis: Dixit Angelus Ráphael ad Tobíam: Etenim sacraméntum regis abscondere bonum est; ópera autem Dei revelâre, & confitéri honoríficum est. Bona est orátio cum jejúnió, & eleemósyna magis, quàm thesauros auri recóndere, quóniam eleemósyna à morte liberat, & ipsa est, quæ purgat peccáta, & facit invenire misericórdiam, & vitam ætérnam. Qui autem faciunt peccátum, & iniquitatem, hostes sunt animæ suæ. Manifesto ergo vobis veritatem, & non abscondam à vobis occúltum sermónem. Quando orâbas cum lacrymis, & sepeliébas mórtuos, & derelinquebas prándium tuum, & mórtuos abscondébas per diem in domo tua, & nocte sepeliébas eos, ego obtuli orationem tuam Dómino. Et quia accéptus eras Deo, necesse fuit, ut tentátio probâret te. Et nunc misit me Dóminus, ut curârem te, & Saram uxórem filii tui à dæmónio liberârem. Ego enim sum Ráphael Angelus, unus ex septem, qui astâmus ante Dóminum. **A**llelúja, allelúja. **V. Psal. 102. B**enedic ánima mea, Dóminum, & ómnia interióra mea nomen sanctum ejus. Allelúja.

**V. Tob. 5.** Missus est Angelus Dómini sanctus Ráphael à Deo ad Tobíam, & salutávit eum, & dixit: Gáudium sit tibi semper. Allelúja.

**Graduale extra tempus Paschale. Tob. 8.**

**A**ngelus Dómini Ráphael apprehéndit, & ligávit dæmonem. **V. Ps. 144.** Magnus Dóminus noster, & magna virtus ejus. Allel. allel.

**V. Psal. 137.** In conspéctu Angelórum psallam

lam tibi, adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo, Domine, alleluja.

**Post Septuagesimam Tractus. Psalm. 148.**  
**L**audate Dñm omnes Angeli ejus, laudate eum omnes virtutes ejus. **v. Psal. 102.** Benedicite Dominum omnes virtutes ejus, ministri ejus, qui facitis voluntatem ejus.

**Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. Joan. 5.**

**I**n illo tempore: Erat dies festus Judæorum, & ascendit Jesus Jerosolymam. Est autem Jerosolymis Probatica piscina, quæ cognominatur hebraicè Bethesda, quinque porticus habens. In his jacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum expectantium aquæ motum. Angelus autem Domini secundum tempus descendebat in piscinam, & movebatur aqua, & qui prior descendisset in piscinam post motionem aquæ, sanus fiebat à quacumque detinebatur infirmitate.

**Dieitur Credo. tam in propria, quam in aliis Ecclesiis.**

**Offertorium. Apoc 8.** Stetit Angelus juxta aram templi, habens thuribulum aureum in manu sua, & data sunt ei incensa multa, & ascendit fumus aromatum in conspectu Dei, alleluja. **Secreta.**

**H**ostias tibi, Domine, laudis offerimus suppliciter deprecantes, ut eisdem Angelico pro nobis interveniente suffragio, & placatus accipias, & ad salutem nostram provenire concedas. Per Dominum.

**Comm. Dan. 3.** Benedicite omnes Angeli Domini Dñm, hymnum dicite, & superexaltate eum in sæcula, allel. **Postcommunio.**

**D**irigere dignare, Domine Deus, in adiutorium nostrum sanctum Raphaelem Archangelum, & quem tuæ majestati semper assistere credimus; tibi nostras exiguas preces benedicendas assignet. Per Dominum.

*Die xix. Aprilis.*

**IN FESTO S. LEONIS**  
**Papæ IX. Venetiis. Missa. Statuit ei. ut in Communi Conf. Pontificis. fol. xi.**

*Die xxvii. Aprilis.*

**IN FESTO S. PEREGRINI**  
**Latioli Conf. Ordinis Servorum B. M. Virg. in toto Dominio Veneto. Missa. Justus ut palma. de Communi Conf. non Pontif. ii. loco. fol. xvi. Miss. Rom.**

**Oratio.**

**D**eus, qui beato Peregrino Angelum comitem, magistram Deiparam, Jesum tetri ulceris medicum mirè dedisti: da per mèrita ipsius, obsecramus, ut sanctum Angelum, Virginem, Salvatorem, singulariter & amemus in terris, & collaudemus in cælis. Per Dominum nostrum.

*Dominica quarta post Pascha.*

**IN FESTO S. CATHARINÆ**  
**Fliscæ Adurnæ, Missa. Cognovi Domine. de Cõi nec Virg. nec mart. xxiii. Oratio.**

**D**eus, qui beatam Catharinam in contemplanda Filii tui Passione, divini Amoris igne flagrare fecisti: quæsumus; ut, ipsa intercedente tuæ in nobis flammam Charitatis accendas, & ejusdem Passiõnis participes dignanter efficias. Per eundem Dominum nostrum.

**Et fit commem. Dominicæ, & in fine legitur Evangelium ejusdem.**

*Dominica prima vel secunda Maji.*

**IN FESTO TRANSLATIONIS**  
**S. Januarii præcipui Patroni Neapolitani. Missa. Narrate. ut infra. xciii.**

*Die xvi. Maji.*

**IN FESTO S. JOANNIS**  
**Nepomuceni martyris.**

**In toto Dominio Veneto, & alibi. Tempore Paschali. Missa. Protexisti. de Communi unius martyr. cum Evangel. Nihil est opertum. de Communi unius martyris non Pontificis.**

**Extra Tempus Pasch. Missa. Latabitur. de eodem Communi ii. loco, præter seq. Oratio.**

**D**eus, qui ob invictum beati Joannis Sacramentale silentium nova Ecclesiam tuam Martyrii corona decorasti: da nobis ejus intercessione, & exemplo linguam cautè custodire, ac omnia potiùs mala, quàm animæ detrimentum in hoc sæculo tolerare. Per Dominum. **Secreta.**

**P**er hæc tua, Domine, sacra mysteria illo nos charitatis igne accendamus, quo invictus martyr Joannes eadem peragendo flagrabat. Per Dominum.

**Postcommunio.**

**S**piritum, Domine, fortitudinis hæc nobis tribuat mensa cœlestis, quæ beati martyris tui Joannis pro Sacramenti honore

re tentatam constantiam jûgiter áluit ad victóriam. Per Dóminum. in unitate ejúsdem.

*Die xvii. Maji.*

**IN FESTO S. PASCHALIS**

*Baylon, Confessoris. Missa. Os justis de Comuni Confess. Pontificis. fol. xv. præter sequentem Orationem propriam.*

*Oratio.*

**D**eus, qui beátum Paschálem Confessorém tuum, mirífica erga Córporis, & Sánguini tui sacra mystéria dilectióne decorásti: concéde propítius, ut quam ille ex hoc divíno convívio spíritus percépit pinguédinem, eámdem & nos percíperé mereámur. Qui vivis, &c.

*Et non dicitur Credo.*

*Die xxi. Maji.*

**IN FESTO S. FELICIS**

*à Cantalicio Confessoris.*

*Pro tota Italia, & Insulis adjacentibus.*

*Introitus.*

*Reg. c.2.*



Ominus páuperem facit, & ditat, humiliat, & súblevat. Súscitat de púlvere egénium, & de stércore élevat páuperem, ut sédeat cum Princípiis, & sólium glóriæ téneat.

*Tempore Paschali additur Allelúja, allelúja. Psal. 68. V*ideant páuperes, & læténtur: quærite Deum, & vivet ánima vestra, quóniam exaudivit páuperes Dóminus. *v. Glória Patri, &c. Oratio.*

**F**ac nos, Dómine Jesu, in simplicitate, & innocéntia cordis nostri ambuláre, quarum amóre de sinu Matris inter beáti Felícis Confessoris tui bráchia descendisti. Qui vivis, & regnas.

*Lectio Epístolæ B. Pauli Apóstoli ad Colossénses. Colofs. 3.*

**F**ratres: Indúite vos, sicut elécti Dei, Sancti, & dilécti, víscera misericórdiæ, benignitátem, humilitátem, modestiam, paciéntiam: supportántes invicem: & donántes vobismetípsis, si quis advérsus áliquem habet querélam: sicut & Dóminus donávit vobis, ita & vos. Super ómnia autem hæc, charitátem habéte, quod est vínculum perfectiónis: & pax Christi exúltet in córdibus vestris, in qua & vocáti estis in uno corpore, & grati estóte. Verbum Christi hábitet in vobis abundánter in omni sapiéntia, docéntes, & com-

monéntes vosmetípsos Psalmis, Hymnis, & Cánticis spirituálibus in grátia cantántes in córdibus vestris Deo. Omne quodcúmque fácitis in verbo, aut in ópere, ómnia in nómine Dómini Jesu Christi, grátias ágéntes Deo, & Patri per ipsum.

*Tempore Paschali Allelúja, allelúja. Psal. 26. U*nam pétii à Dómino, hanc requíram, ut inhábitem in domo Dómini ómnibus diébus vitæ meæ: ut vídeam voluptátem Dómini. Allelúja. *v. Psalm. 67. Parásti in dulcédine tua páuperi, Deus. Allelúja.*

*Si verò hoc Fest. transferatur post Pentec. dicitur Grad. Psal. 17. M*isit de summo, & accépit me, & assúmpsit me de aquis multis.

*v. Et retribuit mihi Dóminus secúndum justítiam meam, & secúndum puritátem mánuum meárum in conspéctu oculórum ejus. Allelúja, allelúja. v. Psalm. 20. Benedíctus Dóminus, quóniam mirificávit misericórdiam suam mihi in Civitáte muníta. Allel.*



*Sequentia sancti Evangelii secúndum Matthæum. Matth. 11.*

**I**n illo tēpore: Respóndens Jesus dixit: Confiteor tibi Pater, Dómine Cœli, & Terræ, quia abscondisti hæc à sapiéntibus, & prudéntibus, & revelásti ea párvulis. Ita Pater, quóniam sic fuit plácitum ante te, ómnia mihi trádicta sunt à Patre meo. Et nemo novit Fílium, nisi Pater: neque Patrem quis novit, nisi Fílius, & cui volúerit Fílius reveláre. Veníte ad me omnes, qui laborátis, & oneráti estis, & ego reficiam vos. Tóllite jugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & húmilis corde, & inveniétis réquiem animábus vestris. Jugum enim meum suáve est, & onus meum leve.

*Offertorium. Sap. 10. H*onestávit illum in laboribus, & complévit labores illius.

*Tempore Paschali additur Allel. Secreta.*

**A**déstote votis nostris, clementíssime Deus, ut hæc oblátio salutáris, quæ in honórem beáti Felícis persólvitur, ad delictórum nostrórum véniam impetrándam in odóre suavitátis ascéndat. Per Dóminum. *Communio. Cant. c. 2. & 3. Diléctus meus mihi, & ego illi. Ténui eum, nec dimittam.*

*Tempore Paschali additur Allelúja. Postc.* **E**xúberet, quæsumus Dómine, in córdibus nostris percépti grátia Sacraménti, quæ nos beáti Felícis Confessoris tui imitatioe puríficet, atque intercessióne commúniat. Per Dóminum nostrum.

Die xxx. Maji.

**IN FESTO B. FERDINANDI**

Tertii, Castellæ, & Legionis Regis, Cognomento Sancti. Missa. Justus. de Comuni Confess. non Pontif. fol. xvi. Oratio.

**D**eus, qui beato Confessori tuo Ferdinando præliari prælia tua, & Fidei inimicos superare dedisti: concede, ut ejus nos intercessione muniti ab hostibus mentis, & corporis liberemur. Per Dominum.

Et fit commem. S. Felicis Pavæ & Mart.

Die xxxi. Maji.

**IN FESTO SS. MARTYRUM**

Cantiani, Cantii, Cantianillæ, & Proti mart. Missa. Sapiëntiam. fol. ix. Oratio.

**P**ræsta, quæsumus omnipotens Deus, ut populus tuus ad plenæ devotiõnis affectum beatorum martyrum Cantiani, & sociorum ejus natalitiis præparetur, & eorum patrocínio promerente, beatæ capiat securitatis augmentum. Per Dominum.

Et fit commem. S. Petronillæ cum Orationibus ut in Missali. Secreta.

**M**unera tibi, Dómine, nostræ devotiõnis offerimus, quæ & pro tuorum tibi grata sint honore justorum, & nobis salutaria, te miserante, reddantur. Per Dominum nostrum. Postcommunio.

**P**ræsta nobis, quæsumus Dómine, intercedentibus sanctis martyribus tuis Cantiano, & Sociis, ut quod ore contingimus, pura mente capiámus. Per Dñm.

Si venerit tempore Paschali, Missa. Sancti tui, Dómine. Orationes ut supra.

Die xxxi. Maji.

**IN FESTO B. JACOBI**

Salomonii Confess. Missa. Os justii. de Comuni Confess. non Pontif. fol. xv.

Die xvi. Junii.

**IN FESTO S. JOANNIS**

Francisci Regis Confessoris Societatis Jesu, pro Sacerdotibus ejusdem Societatis tantum. Missa. Os justii. ut in Comuni Confess. non Pontif. fol. xv. Oratio.

**D**eus, qui ad plurimos pro salute animarum perferendos labores beatum Joannem Franciscum Confessorem tuum mirabili charitate, & invicta patientia decorasti: concede propitius, ut ejus exemplis instructi, & intercessionibus adjuti æternæ vitæ præmia consequamur. Per Dñm.

Die xvii. Junii.

**IN FESTO B. PETRI DE PISIS**

Conf. Pro Cong. ejusdem Beati, & Venetiis. Missa. Os justii. ut in Comuni Confess. non Pontif. fol. xv. præter Orationem sequentem. Oratio.

**D**eus, qui in Ecclesia tua nova semper instauras exempla virtutum, da nobis beati Petri Confessoris tui, ita inharere vestigiis, ut assequamur & præmia. Per Dñm.

Die xxi. Junii.

**IN FESTO S. ALOYSII**

Gonzagæ Confessoris, Societatis Jesu. Pro tota Italia, ac Insulis adjacentibus. Introitus. Psalm. 8.



Inuisti eum paulò minùs ab Angelis, glória & honore coronasti eum. Psal. 148. Laudate Dóminum omnes Angeli ejus, laudate eum omnes virtutes ejus.

V. Glória Patri, &c. Oratio.

**C**œlestium donorum distributor Deus, qui in Angélico júvene Aloysio miram vitæ innocentiam pari cum poenitentia sociasti, ejus méritis & precibus concede, ut innocentem non secuti, poenitentem imitemur. Per Dóminum.

Lectio libri Sapiëntiæ. Eccl. 31.

**B**eatús vir, qui inventus est sine macula, & qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia & thesauris. Quis est hic, & laudabimus eum: fecit enim mirabilia in vita sua. Qui probatus est in illo, & perfectus est, erit illi glória æterna. Qui potuit transgredi, & non est transgressus, facere mala, & non fecit, ideo stabilita sunt bona illius in Dómino.

Graduale. Psal. 70. Dómine spes mea à juventute mea, in te confirmatus sum ex útero, de ventre matris meæ tu es protector meus.

V. Psal. 40. Me autem propter innocentiam suscepisti, & confirmasti me in conspectu tuo in æternum. Allelúja, allelúja.

V. Psal. 64. Beátus quem elegisti & assumpsisti, inhabitabit in atriis tuis. Allelúja.



Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. Matth. 22.

**I**n illo tempore: Respondens Jesus, ait Sadducæis: Erratis nescientes Scripturas, neque virtutem Dei. In resurrectione enim neque nubent, neque

nubentur, sederunt sicut Angeli Dei in cœlo. De resurrectione autem mortuorum non legistis, quod dictum est à Deo dicente vobis: Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac & Deus Jacob? Non est Deus mortuorum, sed viventium. Et audientes turbæ mirabantur in doctrina ejus. Pharisei autem audientes quod silentium imposuisset Sadducæis, convenérunt in unum, & interrogavit eum unus ex eis legis doctor tentans eum: Magister, quod est mandatum magnum in lege? Ait illi Iesus: Diliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota ánima tua, & in tota mente tua. Hoc est máximum, & primum mandatum. Secundum autem simile est huic: Diliges próximum tuum sicut teípsum. In his duobus mandatis univérſa lex pendet, & prophætæ.

**Offertorium. Psalmus 23.** Quis ascendet in montem Dómini, aut quis stabit in loco sancto ejus? Innocens mánibus, & mundo corde.

**Secreta.**

**C**œlesti convívio fac nos, Dómine, nuptiáli veste indútos accúmbere, quam beáti Aloysii pia preparátio & juges lácrymæ inæstimabilibus ornábant margaritis. Per Dóminum nostrum.

**Communio. Plal. 77.** Panem cœli dedit eis: Panem Angelórum manducávit homo.

**Postcommunio.**

**A**ngelórum esca nutritos, Angélicis étiam, Dómine, da móribus vívere, & ejus, quem hódie cólimus, exémplo, in gratiárum semper actióne manére. Per Dóminum nostrum.

*Die xxv. Junii.*

**IN FESTO APPARITIONIS Sancti Marci Evangelistæ. Missa ut in festo Translationis, die xxxi. Januarii. fol. lxxv. Et fit comm. Oct. S. Joannis Baptistæ.**

*Die xxv. Junii.*

**IN FESTO S. GUILIELMI Abbatis. Missa. Os justi. de Comuni Abbat. fol. xvii. præter Orat. seq. Oratio.**

**D**eus, qui infirmitáti nostræ ad teréndam salutis viam in Sanctis tuis exémpulum, & præsidium collocásti: da nobis, ita beáti Guilíelmi Abbátis mérita venerári, ut ejúsdem excipiámus suffrágia, & vestigia prosequámur. Per Dóminum.

**Et fit commemor. Octav. Nativ. S. Joannis Baptistæ. fol. 347.**

*Die vii. Julii.*

**IN FESTO B. BENEDICTI XI. Papæ, & Conf. Ordinis Prædicatorum.**

**In toto Dominio Veneto.**

**Missa. S**tátuit ei Dóminus. **ut in Comuni Confessoris Pontificis. fol. xi. præter Orationem propriam. Oratio.**

**D**eus, qui Beátum Benedictum Pontíficem tuum benedictiónis tuæ grátia sublevásti ad Cœlum, pópulum tuum, quæsumus, nova benedictióne grátia tuæ sanctífica, & à cunctis malis imminéntibus ejus méritis, & précibus tua nos virtúte defénde. Per Dóminum nostrum.

*Die x. Julii.*

**IN FESTO S. PATERNIANI Episcopi, & Confess. Missa. Státuit. de Comuni Confessoris Pontificis. fol. xi.**

*Die xii. Julii.*

**IN FESTO SS. MARTYRUM Hermagoræ, & Fortunati.**

**Celebratur Venetiis, in Metropolitana Aquilejensi, ac Civitatibus subditis.**

**Missa. Intret. de Comuni plurimorum Martyr. fol. viii. præter Orationem. Oratio.**

**D**eus, qui nos hodiérna die beatórum mátyrum tuórum Hermágoræ, & Fortunáti múltiplici facis celebritáte gaudere: tribue, quæsumus, eórum nos semper piis defénsionibus muníri, & oratióibus adjuvári. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.

**Posteà fit commem. SS. Naboris & Felicis mátyr. 358. Et dicitur Credo.**

**Secreta.**

**M**unera humilitátis nostræ, quæ pro Sanctórum mátyrum tuórum Hermágoræ & Fortunáti gloriósa passióne, & solemnitate offerimus, quæsumus cleméntiam tuam, respícere dignáre, & ipsórum intercessióne tam ad profectum vitæ, quàm ánima salutária nobis consuéta miseratióne provenire concéde. Per Dóminum nostrum.

**Postcommunio.**

**S**umentes, Dómine, cœlestis dona mystérii, quæsumus, ut Sanctórum mátyrum tuórum Hermágoræ & Fortunáti adjuvemur méritis, quorum solemnitatem celebrámus. Per Dóminum nostrum.

*Dominica tertia Julii.*

**MISSA PRO SOLEMNITATE**

**SS. Redemptoris cum Oct. In toto Dominio Veneto. Introitus. Isaia 61.**



Audens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo, quia induit me vestimentis salutis, & indumento iustitiae circumdedit me.

**Psal. 88. M**isericordias Domini in aeternum cantabo, in generationem, & generationem.

**V.** Gloria Patri, &c.

**Oratio.**

**D**eus, qui Unigenitum tuum Mundi Redemptorem constituisti, & per eum devicta morte, nos misericorditer ad vitam reparasti: concede, ut haec beneficia recolentes tibi perpetua charitate adherere & ejusdem redemptionis fructum percipere mereamur. Per eundem Dominum nostrum.

**Deinde fit commemoratio Dominicae occurr.**

**L**ectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Ephesios. **Cap. i.**

**B**enedictus Deus, & Pater Domini nostri Jesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spiritali in Coelestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti, & immaculati in conspectu ejus in charitate. Qui praedestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum, secundum propositum voluntatis suae, in laudem gloriae gratiae suae, in qua gratificavit nos in dilecto filio suo. In quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum secundum divitias gratiae ejus, quae superabundavit in nobis in omni sapientia, & prudentia, ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis suae, secundum beneplacitum ejus, quod proposuit in eo.

**Graduale. Psal. 85. O**mnes gentes, quascumque fecisti, venient, & adorabunt coram te, Domine, & glorificabunt Nomen tuum.

**V.** Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia, tu es Deus solus.

**Alleluja, alleluja.**

**V. Psalmus 73. Deus** autem Rex noster ante saecula operatus est salutem in medio terrae. **Alleluja.**



**Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. Cap. 3.**

**I**n illo tempore: Dixit Jesus Nicodemo: Nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo, Filius hominis, qui est in caelo. Et sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis, ut omnis, qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam aeternam. Non enim misit Deus Filium suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum. Qui credit in eum non iudicatur, qui autem non credit, jam iudicatus est, quia non credit in nomine Unigeniti Filii Dei. **Credo. Offertor. S**alus populi ego sum, dicit Dominus, de quacumque tribulatione clamaverint ad me, exaudiam eos, & ero illorum Deus in perpetuum, alleluja. **Secreta.**

**S**uscipe, quaesumus Domine, oblatum redemptionis aeternae mysterium, & presta, ut Unigeniti Filii tui gloriosis meritis intercedentibus vivificet nos semper, & muniat. Per eundem, &c.

**Deinde fit commem. Dominicae occurr.**

**Præfatio de Cruce. Qui salutem. 165.**

**Communio. Psal. 106. C**onfiteantur Domino misericordiae ejus, & mirabilia ejus filiis hominum, alleluja. **Postcommunio.**

**C**orporis tui sacri, ac pretiosi sanguinis, quo redempti sumus, Dñe Jesu Christe, participes effecti: quaesumus, ut in nobis tua munera tuearis, atq; a praesentis vite malis ereptos, ad bona perducas sempiterna. Qui vivis.

**Deinde fit commemoratio Dominicae occurrentis cum ejus Evangelio in fine.**

**Infra Octavam dicitur eadem Missa.**

*Die xviii. Julii.*

**IN FESTO S. ALEXII CONFESS.**

**In Urbe, & toto Districtu. Introit. Gen. 12.**



Exire de Terra tua, & de Domo Patris tui, & veni in terram, quam monstrabo tibi. **Psal. 44. O**bliviscere Populum tuum, & Domum Patris tui, & concupiscet

Rex decorem tuum.

**V.** Gloria Patri, &c.

**Oratio.**

**D**eus, qui beatum Alexium Confessorem tuum in Mundi contemptu mirabilem effecisti: presta quaesumus, ut intercessionis ejus auxilio Fideles tui terrena despiciant, & ad Coelestia semper aspirent. Per.

**L. 6.**

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli  
ad Timotheum. **1. Tim. c. 6.**

**C**harissime, Est quæstus magnus, pietas cum sufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum, haud dubium, quod nec auferre quid possumus. Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus. Nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia, & nociva, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes, erraverunt a fide, & inseruerunt se doloribus multis. Tu autem, o homo Dei, hæc fuge, sectare verò iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem. Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam.

**Graduale. Psal. 72. R**eliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam, quia bonum mihi est adherere Deo, ponere in Domino Deo spem meam. **A**lleluja, alleluja.

**V. Psal. 65. & 131.** Introibo in domum tuam, hæc requies mea in sæculum sæculi, hæc habitabo, quoniam elegi eam. Alleluja.

**Evangelium. E**cce nos reliquimus omnia. ut in **Communi Abbatum.** fol. xvii.

**Offertorium. Gen. cap. 32. R**evertere in terram tuam, & in locum Nativitatis tuæ, & benefaciam tibi. **Secreta.**

**P**ropitius esto, Domine, supplicationibus nostris, & intercessione Beati Alexii Confessoris tui omnium nostrum ad te corda converte, ut a mundanis cupiditatibus expediti, te solum pura mente sectemur. Per Dominum nostrum.

**Communio. Job cap. 19. Psal. 26.** Inquillini domus meæ, & ancillæ meæ sicut alienum habuerunt me, & quasi Peregrinus fui in oculis eorum: Dominus autem assumpsit me. **Postcommunio.**

**S**umpsimus, Domine, sacri dona Mysterii humiliter deprecantes: ut Beatum Alexium Confessorem tuum, quem admirabilem in Mundi contemptu prædicamus in terris, intercessorem habere mereamur in cælis. Per Dominum nostrum.

Die xxvii. Julii.

**IN FESTO S. PANTALEONIS**  
**Martyris Venetiis.**

**Missæ. Lætabitur. ut in Communi unius Martyris non Pontificis.** fol. iv.

**Oratio.**

**D**eus, qui beatum Pantaleonem Martyrem tuum, varia tormenta superare fecisti, & pro persecutoribus exorare: concede propitius, ut qui ejus imploramus auxilium misericordiam tuam sentiamus effectum. Per.

Die xiii. Augusti.

**IN FESTO S. CASSIANI**  
**Episcopi, & martyris.**

**Ab universo Clero, tam Sæculari, quam Regulari utriusque sexus Civitatis Venetiarum celebrando.** **Introitus.**



Audeamus omnes in Domino diem festum celebrantes sub honore Sancti Cassiani martyris, de cujus passione gaudent Angeli, & collaudant Filium Dei.

**Psal. 33. E**xultate iusti in Domino, rectos, decet collaudatio.

**V. Gloria Patri, &c. Oratio.**

**O**mnipotens sempiternæ Deus, qui hodierna die beatum Cassianum Pontificem tuum, martyrii corona decorasti: concede propitius, ut cujus solèmnia colimus, ejus patrocinia sentiamus. Per Dominum.

**Pro Octav. S. Laurentii. Oratio.**

**D**a nobis, quæsumus, omnipotens Deus, vitiorum nostrorum flammam extinguere, qui beato Laurentio tribuisti tormentorum suorum incendia superare.

**Pro S. Hippolyto. Oratio.**

**D**a, quæsumus, omnipotens Deus, ut beati Hippolyti martyris tui veneranda solèmnitas, & devotionem nobis augeat, & salutem. Per Dominum.


Lectio Actuum Apostolorum. **Cap. 17.**

**I**n diebus illis, cum cognovissent in Thesalonica Judæi, quia Beroæ prædicatum est à Paulo verbum Dei, venerunt & illuc, commoventes, & turbantes multitudinem. Statimque tunc Paulum dimiserunt fratres ut iret usque ad mare. Silas autem & Timotheus remanserunt ibi. Qui autem deducebant Paulum, perduxerunt usque Athenas, & accepto mandato ab eo ad Silam, & Timotheum, ut quam celeriter venirent ad illum, profecti sunt. Paulus autem cum Athenis eos expectaret, incitabatur spiritus ejus in ipso, videns idololatriam deditam civitatem. Disputabat igitur in synagoga cum Judæis, & colentibus, & in foro per omnes dies ad eos, qui aderant. Quidam autem Epi-

Epicúrei, & Stóici philósophi differébant cum eo, & quidam dicebant. Quid vult semini-  
verbius hic dicere? Alii verò, novórum dæ-  
moniórnm vidétur annuntiátor esse, quia  
Jesum, & resurrectiónem annuntiábat eis.

**Graduale. Psalm. 36.** Justus cum cecide-  
rit, non collidétur, quia Dóminus supponit  
manum suam. **V.** Tota die miseretur,  
& commodat, & semen ejus in benedictió-  
ne erit. **A**llelúja, allelúja.

**V.** Sanctus Póntifex Cassiánus, animá-  
rum salútem sítiens, ad fontem vivum,  
qui Christus est omnes evocáre non desi-  
nébat. Allelúja.

 Sequéntia sancti Evangelii secun-  
dum Matthæum. **Cap. 10.**

**I**N illo témpore: Dixit Jesus discipulis  
suis: Cum persequéntur vos in civitate  
ista, fugite in áliam. Amen dico vobis,  
non consummábitis civitates Israel, do-  
nec véniat filius hóminis. Non est discipu-  
lus super magístrum, nec servus super Dó-  
minum suum. Súfficit discipulo, ut sit sicut  
magíster ejus, & servo sicut Dóminuse ejus.  
Si patremfamilias Beelzebub vocáverunt,  
quantò magis domésticos ejus? Ne ergo ti-  
muéritis eos. Nihil enim est opértum, quod  
non revelétur, & occúltum, quod non sciátur.  
Quod dico vobis in ténebris, dicite in  
lúmine, & quod in aure audítis, prædicáte  
super tecta. Et nolíte timére eos, qui occi-  
dunt corpus, ánimam autem non possunt  
occidere. Sed pótius timéte eum, qui potest  
& ánimam, & corpus pèrdere in gehénnam.

**Offertorium. Psalm. 88.** V éritas mea, &  
misericórdia mea cum ipso, & in nómine  
meo exaltábitur cornu ejus. **Secreta.**

**S**acrificia, Dómine, quæ in honórem  
Sancti Cassiáni mártiris tui, atque Pon-  
tificis tuæ offerimus majestáti, nobis sint  
ad salútem efficácia, & tuæ plácita pietá-  
ti. Per Dóminum nostrum.

**Pro S. Laurentio. Secreta.**

**A**ccipe, quæsumus Dómine, múnera  
dignánte obláta, & beáti Laurentii  
suffragántibus méritis, ad nostræ salútis  
auxílium proveníre concéde.

**Pro S. Hippolyto. Secreta.**

**R**espice, Dñe, múnera pópuli tui, San-  
ctórum festivitáte votíva, & tuæ testifi-  
cátio veritátis nobis proficiat ad salútem. Per.  
**Communio. Psalm. 20.** Posuísti Dómine  
in cápite ejus corónam de lápide pretiósó.

**Postcommunio. Oratio.**

**D**Eus ómnium impertitor donórum,  
qui hunc diem beáti Cassiáni márti-  
ris tui atque Pontificis veneránda solem-  
nitáte lætíficas: ejus, quæsumus, gloriósis  
précibus, fac nos de terrénis transtèrri ad  
consórtia beatórum. Per Dóminum.

**Pro S. Laurentio. Oratio.**

**S**acro múnere satiáti súppliques te, Dó-  
mine, deprecámur, ut quod débitæ  
servitútis celebrámus Officio, intercedén-  
te beáto Laurentio mártire tuo, salvatió-  
nis tuæ sentiámus augméntum.

**Pro S. Hippolyto. Oratio.**

**S**acramentórum tuórum, Dómine,  
communio sumpta nos salvet, & tuæ  
veritátis luce confirmet. Per Dóminum.

*Die xvi. Augusti.*

**I N F E S T O S. R O C H I**

**Confess. celebratur Venetiis, & alibi.**

**Missa. Justus. de Comuni Conf. non Pontif. fol. xvi.**

**Oratio.**

**P**opulum tuum, quæsumtis Dómine, con-  
tínua pietáte custódi, & Beáti Rochi suf-  
fragántibus méritis, ab omni fac Animæ, &  
Córporis contagióne secúrum. Per Dñm.

*Die xix. Augusti.*

**I N F E S T O S. L U D O V I C I**

**Episcopi, & Confessoris.**

**Celebratur in Civitate Venetiarum.**

**Missa. Státuitei Dóminus. de Comuni Conf. fol. xi. præter Orat. seq. Oratio.**

**D**Eus, qui beátum Ludovicum Con-  
fessórem tuum, atque Pontificem cœ-  
lestè Regnum terréno præpónere docuísti,  
ac puritáte illibáta, & exímia in páuperes  
charitáte miráblem efficere dignátus es:  
concéde nobis famulis tuis imitári quem  
cólimus, ut ejúsdem virtútes æmulánte  
in terris coronári cum ipso mereámur in  
cœlis. Per Dóminum nostrum.

*Die xxvii. Augusti.*

**I N F E S T O S. T E R E S I Æ**

**Virg. secundo in Regnis Hispaniæ, & alibi.**

**Missa. Dilexisti justitiam. de Communi unius Virg. fol. xx. præter primam Orationem sequentem. Oratio.**

**D**Eus, qui illibáta præcórdia beátæ  
Virginis Terésia Sponsæ tuæ, igníto  
jáculo transfixísti, & charitátis víctimam  
consecrásti, ipsa interveniènte, concéde,  
ut

ut corda nostra ardore Sancti Spiritus fervent, & te in omnibus super omnia diligant: Qui vivis, & regnas in unitate ejusdem.

Die ii. Septembris.

**IN FESTO S. ANTONINI**  
martyris. Celebratur Venetiis.

Missæ. In virtute, ut in Communi unius Martyris non Pontif. fol. iii. præter Orationem seq. Oratio.

**O**Mnipotens sempiternæ Deus, qui hunc diem beati Antonini martyris tui solemnitate clarificas: exaudi preces populi tui, & præsta; ut quæ fideliter expectit, eo infragante, consequi mereatur. Per Dominum nostrum.

Die iii. Septembris.

**IN FESTO SS. VIRGINUM**  
& martyrum Euphemie, Dorothee,  
Theclæ, & Erasme. Celebratur Venetiis.

Introitus. Psalm. 118.



**M**expectaverunt peccatores, ut perderent me, testimonia tua, Domine, intellexi: omnis consummationis vidi finem, latum mandatum tuum nimis. **Psal. ibid.** Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. **v.** Gloria Patri, &c. Oratio.

**D**A nobis misericors Deus, sanctis virginibus, & martyribus tuis Euphemia, Dorothea, Thecla, & Erasma intercedentibus, cœlestis gratiæ abundantiam, ut earum passio celebrata, præsentis vitæ subsidium conferat, & aeternæ. Per Dominum.

**L**ectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios. **1. Cor. 7. c**

**F**Ratres, de virginibus præceptum Domini non habeo, consilium autem do, tamquam misericordiam consecutus à Domino, ut sim fidelis. Existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem quoniam bonum est homini sic esse. Alligatus uxori? noli querere solutionem. Solutus ab uxore? noli querere uxorem. Si autem acciperis uxorem, non peccasti. Et si nupserit virgo, non peccavit. Tribulationem tamen carnis habebunt hujusmodi. Ego autem vobis parco. Hoc itaque dico, fratres: Tempus breve est: reliquum est, ut & qui habent uxores, tamquam non habentes sint, & qui flent, tamquam non flentes, & qui gaudent, tamquam non gaudentes,

& qui emunt, tamquam non possidentes, & qui utuntur hoc mundo, tamquam non utantur: præterit enim figura hujus mundi. Volo autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est, sollicitus est, quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum uxore est, sollicitus est, quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, & divisus est. Et mulier innupta, & virgo cogitat quæ Domini sunt, ut sit sancta corpore, & spiritu, in Christo Jesu Domino nostro. **Graduale. Psalmus 44.** Concupivit Rex decorem tuum, quoniam ipse est Dominus Deus tuus.

**v.** Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam. **A**lleluja, alleluja.

**v.** Hæc est virgo sapiens & una de numero prudentum. Alleluja.

**S**equentia sancti Evangelii secundum Matthæum. **Matth. 19.**

**I**N illo tempore: Accesserunt ad Jesum Pharisei tentantes eum, & dicentes: Si licet homini dimittere uxorem suam, quacumque ex causa? Qui respondens, ait eis: Non legistis, quia qui fecit hominem ab initio, masculum, & feminam fecit eos? Et dixit: Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adheret uxori suæ, & erunt duo in carne una. Itaque jam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet. Dicunt illi: Quid ergo Moyses mandavit dare libellum repudii, & dimittere? Ait illis: Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras: ab initio autem non fuit sic. Dico autem vobis, quia quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mechatur, & qui dimissam duxerit mechatur. Dicunt ei discipuli ejus: Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere. Qui dixit illis: Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt, & sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus, & sunt eunuchi, qui seipsos castraverunt propter regnum cœlorum. Qui potest capere capiat. **Offertorium. Psalm. 44.** Adducuntur Regi virgines post eam, proximæ ejus afferentur tibi. **Secreta.**

**I**Ntende, quæsumus Domine, mûnera Altaribus tuis pro sanctarum virginum, & martyrum tuarum Euphemie, Dorothee, The-

Theclæ, & Erasmæ festivitâte propôsitâ, ut sicut per hæc beâta mystéria illis glóriam contulisti, ita nobis indulgéntiam largiâris. Per Dóminum nostrum.

**Communio.** Psal. 118. **F**eci iudícium, & justítiam, Dómine, non calumniéntur mihi supérbi: ad ómnia mandâta tua dirigébar, omnem viam iniquitâtis ódio hábui.

**Postcommunio.**

**P**raesta nobis, quæsumus Dómine, intercedéntibus sanctis virgínibus, & martyribus tuis, ut quod ore contíngimus, pura mente capiâmus. Per Dóminum.

*Die iv. Septembris.*

**IN FESTO SANCTÆ ROSÆ**

Viterbiensis virg. Tertii Ordinis S. Francisci. **Missa.** Dilexisti, ut in **Communi Virg. tantum.** fol. xx. **excepta Oratione.**

**Oratio.**

**D**eus, qui beâtam Rosam sanctârum tuârum virgínium Collégio aggregâre dignâtus es: tribue nobis, quæsumus, ut ejus précibus, & méritis à culpis ómnibus expiémur, & tuæ majestâtis consórtio perfruâmur atérno. Per Dóminum.

*Die iv. Septembris.*

**IN FESTO SANCTÆ ROSALIÆ**

virginis Panormitanæ. **Missa.** Dilexisti, ut in **Communi Virgínium tantum.** fol. xx. **excepta Oratione.**

**Oratio.**

**E**xaudi nos, Deus salutâris noster, ut sicut de beâte Rosaliæ virgínis tuæ festivitâte gaudémus, ita piæ devotiônis erudiâmur afféctu, & ejus intercessiône ab iracúndiæ tuæ flagellis misericórditer liberémur. Per Dóminum nostrum.

**Pro Regno Siciliæ, alia Oratio.**

**D**eus, qui beâtam Rosáliam virgínem è regalibus mundi deliciis in móntium solitúdinem transtulisti: concéde propítius, ut ejus méritis, & patrocínio à sæculi voluptâtibus in cœlestium amórem erigâmur, & ab iracúndiæ tuæ flagellis misericórditer liberémur. Per Dóminum.

*Dominica tertia Septembris.*

**In festo Septem Dolorum B. V. M. Missa dicitur, ut in Festo Septem Dolorum, posita in Fer. sexta post Dñicam Passionis.** fol. 309. **præter Orationem sequentem.** **Oratio.**

**D**eus, in cujus Passiône, secúndum Siméonis prophetiam dulcíssimam ani-

mam gloriôsæ Virgínis & Matris Mariæ doloris gladius pertransívit: concéde propítius; ut qui dolóres ejus venerâdo recolimus, passiônis tuæ efféctum felicem consequámur. Qui vivis & regnas.

*Die xix. Septembris.*

**IN FESTO S. JANUARI**

**Episcopi & Martyris, Præcipui Patroni Civitatis & Regni Neapolitani, Tum pro die Festo ejusdem Sancti Patroni 19. Septembris, & per Octav. Tum die ipsius Translationis Dominica prima vel secunda mensis Maji, & per Octav. tum pariter in Solemnitate Patrocínii ejusdem Sancti die 16. Decembr. Pro Civitate, Diocesi, & toto Regno Neapolitano.**

**Introitus.** 1. Paralip. 16.



Arrâte ingéntibus glóriam ejus, in cunctis pópulis mirabilia ejus, quia magnus Dóminus, & laudâbilis nimis.

**Psal. 46.** Omnes gentes pláudite mânibus, jubilate Deo in voce exultatiônis. **V.** Glória Patri, &c.

**In die festo, & per Octavam, ac in die Patrocínii.** **Oratio.**

**D**eus, qui per beati Januárii Mártyris tui, atque Pontificis confessiônem & sâguinem, admirâbili testimónio ac triúmpho Ecclésiæ tuæ Fidem illustrâre dignâtus es: quæsumus, ut ejusdem nos Fidei consórtio & patrocínio munítos, triúmphi étiam & glóriæ participes efficias. Per Dóminum nostrum.

**In Festo Translat. & per Oct. Oratio.**

**D**eus, qui in Translatiône beati Januárii Mártyris tui, atque Pontificis, pretiôso nos præsidii tui pignore locupletâsti: quæsumus, ut, ipso intercedente, Pópulum tuum ab ómnibus periculis érvas, ac de thesâuris tuis, divítias in nos ineffâbilis misericórdiæ benignus effundas. Per Dóminum nostrum.

**Lectio Epístolæ beati Pauli Apóstoli ad Hebræos.** **Cap. II.**

**F**ratres Sancti per fidem vicérunt regna, operâti sunt justítiam, adépti sunt repromissiônes, obturavérunt ora leónum, extinxérunt ímpetum ignis, effugerunt áciem gládii, convaluérunt de infirmitâte, fortes facti sunt in bello, castravérunt exterórum: accepérunt mulieres de resurrectiône mórtuos suos: alii autem

disténti sunt, non suscipiéntes redempti-  
onem, ut meliorem invenirent resurrecti-  
onem. Alii verò ludibria & verbera ex-  
pérti, insuper & vincula & cárceres: lapi-  
dátí sunt, secti sunt, tentátí sunt, in oc-  
cisióne gládii mórtui sunt, circuiérunt in  
melótis, in péllibus caprínis, egéntes, an-  
gustiátí, afflícti: quibus dignus non erat  
mundus: in solitudínibus errántes, in món-  
tibus, in spelúncis, & in cavérnis terræ. Et  
hi omnes testimónio fidei probátí invénti  
sunt in Christo Jesu Dómino nostro.

**Graduale. Dan. 3.** Angelus Dómini ex-  
cússit flammam ignis de fornáce, & non  
tétigit eos omnino ignis, neque contristá-  
vit. **V. Ibid. 6.** Deus meus misit Ange-  
lum suum, & conclúsit ora leónum, &  
non nocuerunt inhi. **Allelúja, allelúja.**

**V. Psalmus 33.** Custódit Dóminus ómnia  
ossa eórum, unum ex his non contere-  
tur. **Allelúja.**

**Post Septuagesimam, Tractus.** Tradi-  
derunt córpora sua propter Deum ad sup-  
plícia, ut hærédes fierent in domo Dó-  
mini. **V.** Gloríofum sánguinem fuderunt  
pro Dómino, amaverunt Christum in vi-  
ta sua, imitátí sunt eum in morte sua.

**V.** Ideò corónas triumpháles meruerunt.

**Tempore Paschali. Allelúja, allelúja.**

**V.** Tamquam aurum in fornáce probávit  
eléctos Dóminus. **Allelúja.**

**V.** Et quasi holocáusta accépit eos. **Allel.**



Sequéntia sancti Evangelii secún-  
dum Matthæum. **Matth. 10.**

**I**N illo témpore: Dixit Jesus discipu-  
lis suis: Ecce ego mitto vos sicut oves  
in médio lupórum. Estóte ergo pru-  
déntes sicut serpéntes, & simplices sicut  
colúmbæ. Cavéte autem ab homínibus.  
Tradent enim vos in concíliis, & in syna-  
gógis suis flagellábunt vos: & ad præfides,  
& ad reges ducémini propter me in testi-  
mónium illis, & géntibus. Cúm autem  
tradent vos, nolíte cogitare quómodo, aut  
quid loquámini: dábitur enim vobis in il-  
la hora, quid loquámini. Non enim vos  
estis qui loquámini, sed Spíritus Patris ve-  
stri, qui loquitur in vobis. Tradet autem  
frater fratrem in mortem, & pater filium;  
& insúrgerent filii in paréntes, & morte eos  
afficient, & éritis ódio ómnibus propter  
nomen meum: qui autem perseveráverit  
usque in finem, hic salvus erit. **Credo.**

**Offertorium. Psalm. 3.** Tu es glória mea,  
tu es susceptor meus, Dómine; tu exál-  
tans caput meum, & exaudísti me de  
monte sanéto tuo.

**In die Festo, ac die Translationis, &  
per Octavas. Secreta.**

**O**blatiónes nostras tibi, Dómine, beá-  
ti Januárii precátio sancta commén-  
det, quem Sacerdótio & Martyrio coro-  
nátum, Fides & Cháritas hóstiam Ma-  
jestátí tuæ plácitam immolávit. Per Dó-  
minum nostrum.

**In festo Patrocini. Secreta.**

**S**ancti Januárii Mátyris tui atque Pon-  
tíficis precibus, Dómine, plebis tuæ  
dona sanctífica: ut quæ tibi tuo grata sunt  
institúto, gratióra fiant Patrocínio suppli-  
cántis. Per Dóminum nostrum.

**Communio. Act. 2.** Dabo prodígia in  
cælo sursum, & signa in terra deórsum:  
sánguinem, & ignem, & vapórem fumi.

**In die Festo, ac die Translationis, &  
per Octavas. Postcommunio.**

**C**oeléstibus épulis refécti, te, Dómi-  
ne, súpplices deprecámur: ut ignem  
in nobis Spíritus tui cleméner accéndas,  
qui beátum Januárium Mátyrem tuum  
atque Pontíficem pro tui nóminis confes-  
sióne mortem dócuit non timére. Qui vi-  
vis & regnas cum Deo Patre in unitáte  
ejúsdem, &c.

**In festo Patrocini. Postcommunio.**

**S**anctificáti, Dómine, salutári mysté-  
rio, quæsumus, ut nobis sancti Januá-  
rii Mátyris tui, atque Pontíficis non de-  
sit orátio, cujus nos donásti Patrocínio  
gubernári. Per Dóminum nostrum.

**In Offic. Semidupl. semel in Mense di-  
citur Missa ut in Festo, sine Credo.**

Die xxiii. Septembris.

**IN FESTO S. CONSTANTII  
Confessoris. Celebratur Venetiis.**

**Missa. Justus. de Comuni Confes-  
soris non Pontificis. fol. xvi.**

**Oratio.**

**D**Eus, qui beátum Constantium Con-  
fessórem tuum magnum foris in mi-  
ráculis, & majórem intus in cordis hu-  
militáte fecísti: divínis nos, quæsumus,  
intérius, exteriúsque instrue disciplínis,  
ut bonórum óperum lámpade ardente  
Christo Dómino lati occurrere mereá-  
mur. Qui tecum, &c.

Die xxvi. Septembris.

**IN FESTO S. GERARDI**

*Sagredo Episcopi & martyris.*

*Missã. Stãtuit ei Dõminus. de Comuni unius martyr. Pontif. fol. ii.*

Die x. Octobris.

**IN FESTO S. LUDOVICI**

*Bertrandi Confessoris. Missã. Os justi. de Comuni Confess. non Pont. fol. xv. excepta Oratione. Oratio.*

**D**eus, qui beatum Ludovicum Confessorem tuum per corporis mortificationem, & fidei præconium Sanctorum gloriæ corquasti: præsta, ut quod fide profitemur, pietatis operibus jûgiter impleamus. Per Dõminum nostrum.

Die xxv. Octobris.

**IN FESTO SS. GAVINI, PROTII,**

*& Januarii mart. Missã. Intret in conspectu. de Comuni plur. mart. fol. viii. Oratio.*

**D**eus, qui per beatos martyres tuos Gavinum, Protium, & Januarium Ecclesiam tuam mirabiliter illustrare dignatus es: concede nobis famulis tuis, ut quos Patronos veneramur in terris, intercessores habere mereamur in cælis. Per Dõminum nostrum.

*Et fit commemor. SS. martyr. Chrysanthi, & Darie.*

Die xxxi. Octobris.

**IN FESTO S. VVOLFGANGI**

*Episcopi, & Confess. Missã. Sacerdotes tui. de Comuni Confess. Pont. fol. xii. Oratio.*

**D**eus, qui nobis æternæ salutis beatum Vvolfgangum Episcopum, & ministrum tribuisti: præsta, quæsumus, ut quem Doctorem vitæ habuimus in terris intercessorem habere mereamur in cælis. Per Dõminum nostrum.

Dominica secunda Novembris.

**IN FESTO PATROCINII**

*beatæ Mariæ virg. Missã. Salve sancta parens. ut in Missis votivis B. Mariæ Virg. à Pentecoste usque ad Advent. fol. xxxv.*

*Et dicitur Credo, & Præfatio de sancta Maria. Et te in festivitate beatæ Mariæ. fol. 186.*

*Et fit commem. Dominicæ occurrentis.*

**IN FESTO S. ILDEFONSI**

*Episcopi & Confessoris.*

*Alicubi dicitur Missã. In medio. ut in Comuni Doctor. fol. xiv. præter Orat. Exaudi, quæ sumitur de Comuni Confessoris Pontificis. fol. xviii.*

*In Regnis verò Hispanis dicitur eadem Missã ut suprã, cum seq. Orat. propria. Oratio.*

**D**eus, qui per gloriosissimam Filii tui Matrem beatum Ildefonsum Confessorem tuum, atque Pontificem, misso de thesauris cælestibus munere decorasti: concede propitius; ut per ejus preces & merita, munera capiamus æterna. Per eundem Dõminum nostrum.

*Aliæ Orat. sumantur ex Missã. Sacerdotes tui. de Comuni Conf. Pontif. ii. loco. xii. Sine Credo.*

Die xiii. Novembris.

**IN FESTO S. STANISLAI**

*Kostkæ Confessoris, Societatis Jesu.*

*Ab universo Clero Civitatis & Diocesis Venetiarum, tam Sæculari, quàm Regulari celebranda.*

*Introitus. Sap. 4. 13.*



Onsummatum in brevi explevit tempora multa; placita enim erat Deo anima illius: propter hoc properavit educere illum de medio iniquitatum.

*Psal. 112. 1. Laudate pueri Dõminum: laudate nomen Dõmini.*

*v. Gloria Patri, &c.*

*Oratio.*

**D**eus, qui inter cetera sapientiæ tuæ miracula etiam in tenera ætate maturæ sanctitatis gratiam contulisti: da quæsumus, ut beati Stanislai exemplo, tempus instantè operando redimèntes, in æternam ingredi requiem festinemus. Per Dõminum nostrum.

*Lectio libri Sapientiæ.*

*Cap. 4. v. 7.*

**J**ustus, si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Senectus enim venerabilis est non diuturna, neque annorum numero computata: cani autem sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata. Placens Deo factus est dilectus; & vivens inter peccatores translatus est. Raptus est, ne malitia mutaret intellectum ejus, aut ne fictio deciperet animam illius. Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona,


bona, & inconstantia concupiscentiæ transvertit sensum sine malitia. Consummatus in brevi explévit témpora multa: plácita enim erat Deo ánima illius: propter hoc properávit edúcere illum de médio iniquitátum. Pópuli autem vidéntes & non intelligéntes, nec ponéntes in præcordiis tália: quóniam grátia Dei, & misericórdia est in Sanctos ejus, & respéctus in electos illius. Condémnat autem justus mortuus vivos ímpios, & juvéntus celérius consummáta longam vitam injústi.

**Graduale . Psalm. 102.** Desidérium cordis ejus tribuísti ei, & voluntáte labiorum ejus non fraudásti eum.

**V.** Quóniam prevenísti eum in benedictionibus dulcedinis.

**Allelúja, allelúja.**

**V. Psalmus 118. 52.** Inítio cognóvi de testimóniis tuis, quia in ætérnum fundásti ea, Allelúja.

 **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. Cap. 19. v. 13.**

**I**N illo témpore: Obláti sunt Jesu párvuli, ut manus eis impóneret & oráret. Discípuli autem increpábant eos. Jesus verò ait eis: Sinite párvulos, & nolíte eos prohibére ad me veníre; tálíum est enim regnum cœlórum. Et cum imposuisset eis manus; ábiit inde. Et ecce unus accédens, ait illi: Magíster bone quid boni fáciam, ut hábeam vitam ætérnam? Qui dixit ei: Quid me intérogas de bono? Unus est bonus Deus. Si autem vis ad vitam ingredi, serva mandáta. Dixit illi: Quæ? Jesus autem dixit: Non homicídium fácies, non adulterábis, non

fácies furtum, non falsum testimónium dices; honóra patrem tuum & matrem tuam, & diliges próximum tuum sicut te ipsum. Dicit illi adoléscens: Omnia hæc custodívi à juvéntute mea: quid adhuc mihi deest? Ait illi Jesus: Si vis perféctus esse, vade, vende quæ habes & da pauperibus, & habébis thesáurum in cœlo: & veni, séquere me.

**Offertorium . Psalm. 42. 4.** Introibo ad altáre Dei: ad Deum, qui latíficat juvéntutem meam. **Secreta.**

**A**ngelórum pane, quæsumus Dómine, beáti Stanislái nos intercésio dignos efficiat, qui eo méruit Angélica manu recreári. Per Dóminum nostrum.

**Communio . Eccles. 15. 2.** Cibávit illum Dóminus pane vitæ, & intelléctus; & aqua sapiéntiæ salutáris potávit illum.

**Postcommunio.**

**U**T nobis, Dómine, cœléstis, quem sumpsimus, panis sit vitæ, beáto Stanisláo Confessóre tuo intercedente, quæsumus, ut panis sit intelléctus: & potus aqua sapiéntiæ salutáris. Per Dóminum.

*Di xv. Novembris.*

**IN FESTO S. LEOPOLDI**

**Conf. pro Germania . Missa . Os justi. de Comuni Confessoris non Pontif. xv. Evang. Homo quidam. 394. Oratio.**

**D**eus, qui sanctum Leopóldum ex Principátu, & curis sæculi hujus, immaculátum ad regnum Cœléste traduxísti: concéde propítius, tua cleméntia ita nos per hæc temporália dirigi, ut ætérnæ vitæ consórtes éffici mereámur. Per Dóminum nostrum.

## NOS FR. PAULUS THOMAS MANUELLI

Sacrae Theologiæ Magister Ordinis Prædicatorum, ac in Inclyta Civitate Venetiarum, in totoque ejus Serenissimo Dominio contra Hæreticam pravitatem Inquisitor Generalis à Sancta Sede Apostolica specialiter delegatus.

**C**oncedimus licentiam D. Nicolao Pezzana publicandi Missale Romanum ex Decreto sacrosancti Concilii Tridentini restitutum, S. Pii V. jussu editum, Clementis VIII. & Urbani VIII. auctoritate recognitum in quo Missæ novissimæ Sanctorum summo studio disponuntur, ab ipso nuper impressum, collatum enim cum aliis jam impressis, & approbatis inventum est cum eis concordare, &c.

In quorum, &c.

Dat. Venetiis in Ædibus S. Inquisit. die 23. Maji 1749.

*Fr. Paulus Thomas Manuelli Inquisitor Generalis qui sup.*

**M I S S A E**  
P R O P R I A E S A N C T O R U M  
T R I U M O R D I N U M  
**F R A T R U M M I N O R U M**

Ad formam Missalis Romani

**R E D A C T A E , & E X A C T I U S E X A M I N A T A E ,**

Additis MISSIS à Sacra Rituum Congregatione  
noviter concessis & approbatis, juxta exemplar  
Breviarii ejusdem Ordinis.



**V E N E T I I S ,**  
A P U D N I C O L A U M P E Z Z A N A .

---

**M D C C L .**

M I S S A E

PROPRIA SANCTORUM

TRIVUM ORDINUM

ERATARUM MINORUM

Ad formam Missalis Romani

REDACTA, & EXACTIS EXAMINATA

Abbatibus Missis à Sacra Rituum Congregatione  
noviter concessis & approbatis, juxta exemplar  
Brevium eisdem Ordinibus.



V E N E T I S

APUD NICOLAUM BERNARDI

M D C C L

## KALENDARIUM

## FESTORUM SANCTORUM

Pertinentium ad Missale Fratrum Minorum.

## PRO MENSE JANUARI.

- 14 Festum SS. Nominis Jesu, dupl. ii. Classis, cum comm. S. Felicis mart. in Missis privatis tantum.  
 16 SS. Berardi & sociorum martyrum, Primi Ordinis, duplex secundæ Classis.  
 23 Desponsatio B. V. Mariæ cum S. Joseph, duplex majus, cum commem. S. Joseph ejusdem virginis Sponsi, ac S. Emerentianæ virginis & martyris.  
 28 S. Hilarii Episc. & Confess. semidupl. (fuit 14. hujus) cum commem. S. Agnetis secundò.  
 30 B. Hyacinthæ de Mariscottis Virg. Tertii Ordinis, duplex majus.  
 31 B. Ludovicæ Albertoniæ Viduæ, Tertii Ordinis, duplex minus.

## PRO MENSE FEBRUARII.

- 1 B. Andreæ de Comitibus, Conf. Primi Ordinis duplex majus.  
 3 S. Petri Nolasco Confess. duplex minus. (fuit 31. Januarii.) cum commem. S. Blasii Episcopi & martyris.  
 5 BB. Petri-Baptistæ & sociorum mart. Japonensium, Primi Ordinis, duplex ii. Classis.  
 6 S. Aghathæ virg. & mart. dupl. minus (fuit 5. hujus) cum comm. S. Dorotheæ virg. & mart.  
 7 B. Antonii de Stronconio Confess. Primi Ordinis, duplex majus.  
 9 S. Apolloniæ virg. & mart. duplex minus  
 11 S. Romualdi Abbatis, duplex minus, (fuit 7. hujus.)  
 12 S. Raymundi de Pennafort Confess. semiduplex, (fuit 23. Januarii.)  
 13 S. Ignatii Episc. & mart. semid. (fuit 1. hujus.)  
 14 B. Viridianæ virginis, Tertii Ordinis, duplex minus. (fuit 1. hujus,) cum comm. S. Valentini Presbyteri & martyr.  
 15 Translatio S. Antonii de Padua, duplex minus, & commem. SS. Faustini & Jovitæ mart.  
 16 S. Martinæ virg. & mart. semid. (fuit 30. Jan.)  
 17 S. Marcelli Papæ & mart. semid. (fuit 16. Jan.)  
 18 B. Joannæ Valesiæ Viduæ, semid. cum comm. S. Simeonis Episc. & martyr.  
 19 S. Conradi Conf. Tertii Ordinis, duplex majus.  
 22 S. Margaritæ de Cortona nec virg. nec martyr. Tertii Ordinis, duplex ii. Classis cum Octava.  
 23 Cathedra S. Petri Antiochiæ, duplex majus, cum commem. S. Pauli, Octavæ S. Margaritæ, & Vigilæ S. Mathiæ Apostoli, excepto Anno Biffextili, quia de Vigilia fit die 24.

## PRO MENSE MARTII.

- 6 B. Coletæ virg. Secundi Ordinis, duplex majus.  
 8 S. Rosæ virg. Viterbiensis, Tertii Ordinis, dupl. min.

- 9 S. Catharinæ de Bononia virg. Clarissæ, duplex secundæ classis.  
 11 S. Franciscæ Romanæ viduæ, dupl. minus (fuit 9.)  
 13 S. Joannis de Deo Conf. dupl. minus (fuit 8.)  
 14 Translatio S. Bonaventuræ Episc. & Confess. & Ecclesiæ Doctoris, duplex minus.  
 18 B. Salvatoris ab Horta Conf. Primi Ord. dupl. min.  
 22 S. Benvenuti Episcopi & Conf. Primi Ordinis, duplex majus.  
 24 S. Gabrielis Archangeli, duplex majus.  
 30 B. Angelæ Fulginatis Viduæ, Tertii Ordinis, duplex majus.

## PRO MENSE APRILIS.

- 3 B. Benedicti à S. Philadelpho Confessoris Primi Ordinis, duplex minus.  
 15 B. Lucii Confess. Tertii Ordinis, duplex majus.  
 16 S. Raphaelis Archangeli, duplex ii. classis.  
 18 Translatio S. Elisabeth Hungariæ Reginae Viduæ, duplex minus.  
 24 B. Fidelis à Sigmaringa Mart. Ordinis Capuccinor. duplex majus.  
 27 Translatio S. Paschalis Baylon Conf. dupl. min.  
 28 Translatio S. Petri de Alcantara Confess. duplex minus, & commem. S. Vitalis martyr.

## PRO MENSE MAJI.

- 13 Beati Petri Regalado Confessoris, Primi Ordinis, duplex majus.  
 17 S. Paschalis Baylon Confessoris, Primi Ordinis, duplex ii. classis cum Octava.  
 18 Translatio S. Bernardini Confess. duplex minus, cum commem. Octavæ S. Paschalis.  
 19 S. Ivonis Confessoris, Tertii Ordinis, duplex majus, cum commem. Octavæ S. Paschalis, & S. Pudencianæ virginis.  
 20 S. Bernardini Confessoris, Primi Ordinis dupl. secundæ classis cum Octava.  
 21 S. Felicis Capuccini Confessoris, duplex majus, cum commem. Octavarum.  
 22 S. Petri Cœlestini Papæ & Confessoris, duplex minus, (fuit 19. hujus) cum commemor. Octavarum.  
 23 De Octava S. Bernardini, semid. cum commem. Octav. S. Paschalis.  
 24 Octava S. Paschalis, dupl. minus, cum comm. Octav. S. Bernardini.  
 25 Translatio S. P.N. Francisci, duplex minus, & commem. Oct. & S. Urbani Papæ & mart.  
 26 S. Philippi Neri Confessoris, duplex minus, & comm. Oct. & S. Eleutherii Papæ & mart.  
 27 Octava S. Bernardini, dupl. minus, & comm. S. Joannis Papæ & martyr.  
 28 S. Venantii mart. semidupl. (fuit 18. hujus.)

- 29 S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis virg. **semidupl.** (fuit 25. hujus.) Sed in Italia & Insulis adjacentibus. **duplex minus.**  
 30 B. Humilianæ de Cerchis viduæ, Tertii Ordinis, **duplex minus, cum commem.** S. Petronillæ virginis.  
 31 B. Joannis de Prado mart. duplex majus, (fuit 24. hujus,) **cum commem.** S. Petronillæ virg. Translatio S. Didaci celebratur Feria ii. Rogationum, **duplex minus, cum commem.** Feriæ.

**PRO MENSE JUNII.**

- 1 S. Gregorii VII. Papæ & Conf. **duplex minus,** (fuit 25. Maji.)  
 12 B. Guidi Confessoris, Primi Ordinis, dupl. majus, **cum commem.** SS. Basilidis, &c. mart.  
 13 S. Anthonii de Padua Confessoris, Primi Ordinis, duplex ii. classis, cum Octava.  
 14 S. Basilii Magni Episcopi & Conf. **duplex minus, & commem.** Octavæ.  
 15 S. Joannis à S. Facundo Confess. **duplex minus,** (fuit 12. hujus,) **cum commem.** Octavæ, ac SS. Viti & fociorum martyr.  
 16 De Octava.  
 17 De Octava.  
 18 Translatio S. Elzearii Confess. **duplex min. cum commem.** Octavæ, ac SS. Marci, &c. martyr.  
 20 Octava S. Antonii, **duplex minus & commem.** S. Silverii Papæ & mart.  
 27 B. Benvenuti Confess. Primi Ordinis, dupl. majus, **cum commem.** Octavæ S. Joannis Baptistæ.

**PRO MENSE JULII.**

- 8 S. Elisabeth viduæ Regina Portugallia, Tertii Ordinis, duplex majus.  
 9 BB. Nicolai & fociorum mart. Gorcomiensium, Primi Ordinis, duplex majus.  
 14 S. Bonaventuræ Episcopi & Confess. atque Ecclesie Doctoris, Primi Ordinis, duplex secundæ classis, cum Octava.  
 18 B. Simonis de Lypnica Confess. **duplex minus, cum commem.** Octavæ, ac SS. Symphorosæ & septem filiorum mart.  
 19 B. Joannis de Dukla Conf. **duplex minus, cum commem.** Octavæ.  
 20 S. Margaritæ virg. & mart. **duplex minus, cum commem.** Octavæ.  
 21 Octava S. Bonaventuræ, **dupl. minus, & commem.** S. Praxedis virginis.  
 24 S. Francisci Solani, Conf. Primi Ordinis, duplex secundæ classis cum Octava, **commem.** Vigiliæ, ac S. Christinæ virginis & mart. in Missis privatis tantum.  
 26 S. Annæ Matris B. Mariæ virg. duplex majus, **cum commem.** Octavæ.  
 27 B. Cunegundis virginis Clarissæ, **duplex minus, cum commem.** Octavæ, & S. Pantaleonis mart.  
 30 De Octava S. Francisci Solani, **semiduplex.**  
 31 Octava S. Francisci Solani, **duplex minus.**

**PRO MENSE AUGUSTI.**

- 2 Dedicatio Ecclesie S. Mariæ Angelorum, duplex majus, **& commem.** S. Stephani Papæ & mart.

- 4 S. P. Dominici Confess. duplex ii. classis cum Octava.  
 9 S. Ignatii Confess. **duplex minus,** (fuit 31. Julii) **& fit commem.** Octavæ, Vigiliæ, & S. Romani martyr.  
 11 Octava S. Dominici, **duplex minus, cum commem.** Octav. S. Laurentii, ac SS. Tiburtii & Susannæ martyr.  
 12 S. Claræ virginis omnium Clarissarum Institutricis, duplex primæ classis, cum Octava.  
 13 De Octava S. Claræ, **cum commem.** Octav. S. Laurentii, & SS. Hippolyti & Cassiani martyr.  
 14 De Octava S. Claræ, **cum commem.** S. Laurentii, Vigiliæ Assumptionis, ac S. Eusebii Conf.  
 15 Assumptio B. Mariæ virg. duplex primæ classis, **sine commem.** Octavarum.  
 16 S. Rochi Confess. Tertii Ordinis, duplex majus, **cum commem.** Octavarum.  
 17 Octava S. Laurentii, **cum comm.** Octavarum.  
 18 B. Claræ de Monte Falco virginis, dupl. majus, **cum commem.** Octavarum, & S. Agapiti mart.  
 19 S. Ludovici Episcopi & Confessoris, Primi Ordinis, duplex secundæ classis, cum Octava, **& commem.** diei Octavæ S. Claræ tantum.  
 20 S. Bernardi Abbatis, **duplex minus, cum commem.** Octavarum.  
 21 S. Hyacinthi Confess. **duplex minus,** (fuit 16. hujus) **cum commem.** Octavarum.  
 22 Octava Assumptionis, **duplex minus, cum commem.** Octavæ S. Ludovici, ac SS. Timothei, Hippolyti, &c. martyrum.  
 23 S. Philippi Beniti Confess. **duplex minus, cum commem.** Octavæ S. Ludovici, & Vigiliæ.  
 24 S. Bartholomæi Apostoli, duplex secundæ classis. Romæ, & ubi celebratur die 25. transfertur Festum S. Ludovici, ad diem 27.  
 25 S. Ludovici Regis Franciæ Confess. Tertii Ordinis, duplex secundæ classis.  
 26 Octava S. Ludovici Episcopi & Confess. **duplex minus, cum commem.** S. Zephyrini Papæ & martyr.  
 30 S. Helenæ Imperatricis nec virginis nec martyris, **duplex minus, cum commem.** SS. Felicis & Adaucti martyr.

**PRO MENSE SEPTEMBRIS.**

- 1 B. Isabelæ virg. Clarissæ, sororis S. Ludovici Regis, **semiduplex, cum commem.** S. Ægidii Abbatis, & SS. duodecim Fratrum martyrum.  
 3 BB. Joannis de Perusio, & Petri de Saxoferrato martyr. Primi Ordinis, **duplex minus.**  
 4 Translatio S. Rosæ virg. Viterbiensis, Tertii Ordinis, duplex secundæ classis, cum Octava.  
 5 S. Rosæ de Lima virg. **duplex minus, cum commem.** Octavæ. (fuit 30. Augusti.)  
 6 De Octava.  
 7 De Octava.  
 8 Nativitas Beatæ Mariæ virg. duplex secundæ classis, cum Octava, **sine commem.** Octav. S. Rosæ. Dominica infra Octavam Nativitatis B. Mariæ Virg. Festum SS. Nominis ejusdem B. M. virg. duplex majus **cum commem.** Dominicæ occurrentis, ac Oct. S. Rosæ, si venerit infra Octavam.  
 9 De Octav. Nativitatis B. Mariæ virg. **semiduplex, cum comm.** Oct. S. Rosæ, & S. Gorgonii mart.  
 10 S. Ni-

- 10 S. Nicolai de Tolentino, **duplex minus, cum commem.** Octavarum.  
 11 Octava S. Rosæ, **duplex minus, cum commem.** Octav. Nativitatis, sanctorum Proti & Hyacinthi martyr.  
 17 **Sacrorum Stigmatum S. P. N. Francisci**, duplex secundæ classis.  
 26 B. Lucie virg. Tertii Ordinis, **duplex minus, cum commem.** SS. Cypriani & Justinæ mart.  
 27 **S. Elzearii Confessoris, Tertii Ordinis**, duplex majus.  
 28 B. Bernardini de Feltria Confess. **duplex minus.**

### PRO MENSE OCTOBRIS.

- 3 Translatio S. Clare virg. **duplex minus, cum commem.** Vigiliæ S. P. N. Francisci.  
 4 **Seraphici S. P. N. Francisci Confess. Trium Ordinum Fundatoris**, duplex primæ classis, cum Octava.  
 5 De Octava S. P. N. Francisci, & **commemor.** SS. Placidi & sociorum martyrum.  
 6 S. Brunonis Confessoris, **duplex minus, & commem.** Octavæ.  
 7 De Octava, & **commemor.** S. Marci Papæ & Confessoris, ac sanctorum Sergii & sociorum martyrum.  
 8 S. Birgittæ viduæ, **duplex minus, & commem.** Octavæ.  
 9 SS. Dionysii & sociorum mart. **semiduplex, & commem.** Octavæ.  
 10 S. Francisci Borgia Confessoris **semiduplex, cum commem.** Octavæ S. P. N. Francisci.  
 11 Octava S. P. N. Francisci, **duplex minus.**  
 12 B. Seraphini de Monte Granatio Confessoris, Ordinis Capuccinorum, **duplex minus.**  
 13 **SS. Danielis & sociorum martyr. Primi Ordinis**, duplex secundæ classis.  
 16 S. Eduardi Regis & Confessoris, **semiduplex**, (fuit 13. hujus.)  
 19 **S. Petri de Alcantara Confessoris, Primi Ordinis**, duplex secundæ classis, cum Octava.  
 20 De Octava sancti Petri.  
 21 SS. Ursulæ & sociarum virg. & martyr. **duplex minus, cum commemor.** Octav. & sancti Hilariionis Abbatis.  
 22 De Octava sancti Petri.  
 23 **S. Joannis à Capistrano Confessoris, Primi Ordinis**, duplex secundæ Classis, cum Octava.  
 24 De Octava sancti Petri, & **commem.** Octavæ sancti Joannis.  
 25 De Octava sancti Petri, **cum commem.** Octav. sancti Joannis, & sanctorum Chrysanthi & Dariae martyr.  
 26 Octava sancti Petri, **duplex minus, & commemor.** Octav. sancti Joannis, & sancti Evaristi Papæ & martyr.  
 27 Translatio sancti Ivonis Confessoris, **semiduplex, cum commem.** Octav. S. Joannis, & Vigiliæ.  
 28 **SS. Simonis & Judæ Apostolorum**, duplex secundæ classis.  
 29 De Octava sancti Joannis.  
 30 Octava S. Joannis à Capistrano, **duplex minus.**  
 31 SS. Cosmæ & Damiani martyrum, **semiduplex**, (fuit 27. Septembris.) **cum commemor.** Vigiliæ.

### PRO MENSE NOVEMBRIS.

- 10 Translatio sancti Ludovici Episcopi & Confessoris, **duplex minus, & commem.** sanctorum Thryphonis & sociorum.  
 12 **S. Didaci Confessoris Primi Ordinis**, duplex secundæ classis, cum Octava.  
 13 S. Martini Papæ & martyr. **semiduplex**, (fuit heri.) & **commem.** Octav. sancti Didaci.  
 14 De Octava.  
 15 De Octava.  
 16 De Octava.  
 17 B. Salomeæ virg. Clarissæ, **duplex minus, & commem.** Octav. sancti Didaci.  
 18 Dedicatio Basilicarum Petri & Pauli Apostolorum, **duplex minus, cum commem.** Octavæ.  
 19 **S. Elisabeth Viduæ, Hungariæ Reginae, Tertii Ordinis**, duplex secundæ classis, **cum commem.** diei Octav. sancti Didaci, ac sancti Pontiani Papæ & martyr. **Apud Moniales Tertie Regulæ**, duplex primæ classis, cum Octava.  
 24 S. Gregorii Thaumaturgi Episcopi & Confessoris, **semiduplex**, (fuit 17. hujus.) **cum commem.** sancti Chryfogni martyris.  
 26 **B. Delphinæ virginis, Tertii Ordinis**, duplex majus, **cum commem.** sancti Petri Alexandrini Episcopi & martyr.  
 27 **Omnium Sanctorum Trium Ordinum S. P. N. Francisci**, duplex secundæ classis.  
 28 **S. Jacobi de Marchia Confessoris, Primi Ordinis**, duplex secundæ classis, cum Octava.  
 29 S. Andreae Avellini Confessoris, **semiduplex**, (fuit 10. hujus,) **cum commem.** Octavæ, Vigiliæ, & sancti Saturnini martyr.

### PRO MENSE DECEMBRIS.

- 1 De Octava sancti Jacobi de Marchia Confessoris, **semiduplex, cum comm.** Feriæ. 3. **Oratio. Deus, qui de B. M.**  
 4 S. Barbaræ virg. & martyr. **duplex minus, cum commem.** Octavæ.  
 5 Octava S. Jacobi de Marchia Conf. **duplex minus, cum commem.** Feriæ, & S. Sabbæ Abbatis.  
 8 **Immaculata Conceptio B. M. V.** duplex primæ classis, cum Octava, & **commem.** Feriæ.  
 9 Petri Chryfologi Episc. & Conf. **duplex minus**, (fuit 4. hujus.) **cum comm.** Octavæ, & Feriæ.  
 10 De Octava, & **commem.** Feriæ, & S. Melchadis Papæ & martyr.  
 11 S. Damasi Papæ & Confessoris, **semiduplex & commem.** Octavæ, & Feriæ.  
 12 De Octava, & **commemor.** Feriæ. 3. **Oratio. Deus, qui corda fidelium.**  
 13 S. Lucie virg. & mart. **duplex minus, & commemor.** Octavæ, & Feriæ.  
 14 De Octava, & **commemor.** Feriæ. 3. **Oratio. Deus, qui corda fidelium.**  
 15 Octava Immaculatae Conceptionis, **duplex minus, cum commemor.** Feriæ.  
 17 S. Venceslai martyr. **semiduplex**, (fuit 28. Septembris,) **cum commem.** Feriæ.  
 18 **Expectatio B. M. V.** dupl. majus, **cum comm.** Feriæ.  
 19 S. Joannis à Cruce Confess. **semiduplex**, (fuit 24. Novembris.) **cum commem.** Feriæ.

# RUBRICÆ PARTICULARES

## MISSALIS ORDINIS FRATRUM MINORUM.

### PRO FESTIS MENSIS JANUARI.

**D**ie 14. Januarii à Nostratibus fit de festo Sanctissimi Nominis Jesu, ex Concess. vivæ vocis oraculo SS. D. N. Papæ Benedicti XIII. non obstante alio Decreto Anni 1721. pro Ecclesia universali emanato, Missa dicitur ut in Missali Nostri Ordinis, cum sequentia post Epistolam, & in Missis privatis tantum fit commemoratio S. Felicis mart. quod si fuerit Dominica, quæ erit secunda post Epiphaniam, fit commemoratio de ea, & in fine Missæ legitur Evangelium ejusdem; Oratio tertia tunc erit de S. Felice.

1 In festo Desponsationis beatæ Mariæ Virginis 23. Januarii fit commemoratio S. Joseph ipsius Sponsi ante quascumque commemoratio- nes, ex Decreto Sac. Rit. Congreg. die 1. Julii 1713. postea S. Eme- rentianæ Virginis & martyris.

2 Festum S. Hilarii Episcopi apud nos celebratur die 28. hujus, quia die 14. impeditur à Festo SS. Nominis Jesu; & Missa dicitur ut in Missali assignatur, cum commemoratio S. Agnetis secundò: Oratio tertia erit de B. M. Deo, qui salutaris, &c. & non dicitur Credo.

3 In festo B. Ludovicæ Albertonice viduæ, Missa, Cognovi, de Communi nec virg. nec martyr. prima Oratio propria.

### PRO FESTIS MENSIS FEBRUARI.

**S**i festum Purificationis B. M. V. venerit in Dominicis Septuagesimæ, Sexagesimæ, & Quinquagesimæ, in Ecclesiis nostri Ordinis (saltem principalioribus) sub quovis Titulo B. M. V. dicatis, possunt cantari duæ Missæ, una de Dominica post Tertiam, in qua fiat aspersio Aquæ de more; altera de festo Purificationis post Nonam, quia est votiva, in qua fiat benedictio & destributio Candelarum, & Processio cum paramentis violaceis, & post Processionem sumuntur paramenta Alba, & cantatur Missa de Purificatione, in qua dicitur Gloria & Credo. Ex Gav. part. 4. tit. 14. num. 2. & clarius Ceremoniale Episc. lib. 2. cap. 6.

2 In festo beatorum martyrum Japonensium, quod apud nos celebratur die 5. sub ritu duplici secundæ classis, (juxta decretum S. R. C. 12. Julii 1664.) sumitur Missa de Communi, Salus autem, & Alleluja. Hæc est vera fraternitas, & dicitur Credo, quia est festum ex principalibus Ordinis, sicut in aliis Festis secundæ Classis nostri Ordinis.

3 Si hoc festum venerit in Dominicis Septuagesimæ, Sexagesimæ, vel Quinquagesimæ, aut in Feria iv. Cinerum, transfertur in aliam diem non impeditam; quando celebretur in Quadrages. in Missa fit commemoratio Feriæ, cujus Evangelium legitur in fine. Quod si cantentur duæ Missæ, in Missa de Beatis nulla fit commemoratio; Missa verò de Feria dicitur ut habetur suo loco in Missali.

4 Festum S. Agathæ, duplex minus, quod apud nos (juxta decretum allegatum) celebratur die 6. si accidat in Dominicis Septuagesimæ, Sexagesimæ, Quinquagesimæ, vel in Feria iv. Cinerum, transfertur pariter in aliam diem; quod si hoc festum celebrari contigerit in Quadragesima, in Missa fit commemoratio Feriæ, & in fine legitur Evangelium ejusdem Feriæ, & simili modo faciendum est in reliquis Festivitatibus Sanctorum occurrentibus ut supra.

5 In festo Translationis S. Antonii de Padua, in Missa fit commemoratio sanctorum Faustini & Jovite mart. non dicitur Credo, sicut nec in aliis Translationibus Sanctorum; & ubi reperitur vox, Solemnitas, mutatur in Translatio. Ita debet fieri in aliis Translationibus Sanctorum, Ubi reperitur vox, Festivitas Natalitia, mutatur in Translatio, Translationem. Et si hoc festum venerit in Dominica ante Septuagesimam in Missa fit commemoratio Dominicæ, & ejus Evangelium in fine, 3. Oratio de SS. Faustino & Jovita; & dicitur Credo. Si autem venerit in Dominica privilegiata, aut in Feria iv. Cinerum, vel in aliqua Dominica Quadragesimæ transfertur in aliam diem, cum commemoratio Feriæ, & ejus Evangelium in fine. Quod si cantentur duæ Missæ, in qualibet nulla fit commemoratio alterius, sed Missa de Feria dicitur ut in Missali.

6 In festo S. Margaritæ de Cortona nec virg. nec martyr. quod à Nostratibus celebratur die 22. Februarii (in qua obiit) sub ritu duplici secundæ Classis cum Octava, dicitur Missa propria ut ibi, & dicitur Credo, quia est festum ex principalibus Ordinis; Si venerit in Quadrages. fit commemoratio Feriæ, & in fine Missæ legitur Evangelium ejusdem; de Octava verò, cum occurrerit eo Anno in Quadragesima nihil fit, nec commemoratio.

7 Notandum, quod si hoc festum venerit in Sabbato, tunc (in Anno Communi, idest, non Bissextili) fit commemoratio Vigilæ anticipatæ S. Mathiæ, in Missis privatis S. Margaritæ, & in fine ejusdem legitur Evangelium Vigilæ; quod si cantentur duæ Missæ Conventuales, Missa S. Margaritæ dicitur post Tertiam, ut ibi, sine alia commemoratio in Missa de Vigilâ, 2. Oratio. Concede, 3. Ecclesiæ, vel pro Papa. Si autem celebretur in Quadrages. idest post Feriam iv. Cinerum, 2. Oratio erit Feriæ, cum ejus Evangelium in fine. 3. de Vig. Si cantentur duæ Missæ, Missa de S. Margaritæ dicitur post Tertiam, sine commemoratio Feriæ, & Vigilæ; Missa verò de Feria post Nonam, 2. Oratio de Vigilâ, 3. A cunctis, &c. ita in similibus, ex Gavant. p. 1. tit. 7. num. 2.

Quod si venerit in Dominica, vel Fer. iv. Cinerum transfertur post festum S. Mathiæ, cetera ut in Missali.

8 Die 23. hujus fit de festo Cathedræ Antiochenæ S. Petri, & Missa dicitur ut in Missali Rom. assignatur sub die 23. hujus, cum commemoratio S. Pauli, & Oct. S. Margaritæ ante Quadrag. quod si fuerit in Quadrag. (omissa commemoratio S. Margaritæ) fit commemoratio Feriæ, ac Vigilæ S. Mathiæ, & Evangelium Feriæ in fine; quod si cantandæ sunt duæ Missæ, ante Quadragesimam, in Missa Festi Cathedræ fit primò commemoratio S. Pauli, & postea Oct. S. Margaritæ; In fine legitur Evangelium S. Joannis; In Missa verò de Vigilâ serventur ea, quæ dicta sunt num. 7. precedenti.

9 Infra Octavam S. Margaritæ, Missa dicitur ut in die Festi, & 2. Oratio erit de B. Maria, Concede nos, tertia, Ecclesiæ, vel pro Papa. Notandum quod in Anno Bissextili de die Octava, prædictæ Sanctæ fit die 29. Februarii: In Anno autem Communi, die prima Martii.

### PRO FESTIS MENSIS MARTII.

**I**n festo S. Rosæ virg. quod celebratur die 8. Martii, Missa, Dilixisti iustitiam Prima Oratio propria, & non dicitur Credo, reliqua ut in eadem Missa, quando celebratur in Quadrages. fit commemoratio Feriæ currentis, & legitur Evangelium in fine Missæ.

2 In festo S. Catharinæ de Bononia virg. Clarissæ, quod juxta Tabellam de occurrentia numer. 2. & Decretum superius allegatum, (nisi aliud constet) celebrari debet die 9. Martii, Missa propria, in qua dicitur Credo, quia est festum ex principalibus Ordinis, sicut in aliis Festis 2. Classis nostri Ordinis. Si celebretur in Quadrages. fit commemoratio Feriæ, & legitur Evangelium in fine Missæ; quod observandum erit in tota Quadrages.

3 In festo sanctorum Quadraginta Martyrum, quod nunc celebratur die 10. quando celebratur Fer. v. post Cineres, in Missa, in qua fit commemoratio Feriæ, debet mutari Secreta Fer. quia est eadem cum Secreta sanctorum Martyrum, & debet sumi Secreta Feriæ vi. sequentis. Gavant. part. 1. tit. 7. num. 8. Hæc mutatio debet fieri etiam in Missis votivis, quæ dicuntur illa die. Hoc accidit corrente littera Dominicali b, cum Epact. 26. 25. nigra, & 25. 24. Rubr. Hoc notatur hic, quia non specificatur in Missali.

4 In festo S. Franciscæ Romanæ viduæ, quod apud nos (juxta Decretum citatum) celebrari debet die 11. Martii, Missa dicitur ut in Missali, in qua fit commemoratio Feriæ, & legitur Evangelium in fine Missæ.

5 Festum S. Joannis de Deo Confessoris, apud nos (juxta Decretum præallegatum) celebrari debet die 13. Martii tamquam dies proprius.

6 In festo Translationis S. Bonaventuræ, Missa dicitur ut in die Festo, servatis quæ dicta sunt in Rubrica Translationis S. Antonii, cetera ut in Missali.

### PRO FESTIS MENSIS APRILIS.

**I**n festo Translationis S. Paschalis Baylon, quod celebratur ex novissimo Decreto S. R. C. die 27. Aprilis, Missa dicitur ut in Natali ipsius die 17. Maii, præter primam Orationem, quæ est propria, sine Credo.

2 In festo Translationis S. Petri de Aleantara, quod celebratur die 28. Aprilis, Missa dicitur ut in Natali ipsius 19. Octobris, præter primam Orationem quæ est propria, & in ea fit commemoratio S. Vitalis mart. quæ celebratur juxta ritum temporis Paschalis, servata Rubrica Translationis S. Antonii.

### PRO FESTIS MENSIS MAJI.

**I**n festo S. Paschalis, quod celebratur die 17. in Missa dicitur Credo, quia est festum ex principalibus Ordinis. Si hoc festum venerit in Feria secunda, vel tertia Rogationum, possunt cantari duæ Missæ, una de festo post Tertiam, altera de Rogationibus post Processionem, ubi fit Processio in Ecclesiis nostris; alias post Nonam, Gavant. part. 4. tit. 21. num. 12. 13. 14. Si autem in Vigilâ Ascensionis, poterunt cantari tres. Et similiter si hoc festum incidit in aliquam diem infra Octav. aut in diem Oct. Ascensionis, observentur ea quæ dicuntur infra nu. 4. de festo S. Bernardini.

2 In Missis autem privatis semper fit commemoratio de Rogationibus, licet non sit facta in Officio; Gavant. ubi supra. Est advertendum, quod in Ecclesiis nostri Ordinis, in quibus sunt Processiones his diebus, quia Fratres non intervenerunt Processionibus cum Clero, si cantentur Missæ post Processionem, debet semper cantari de Rogationibus, & non alias; idem dicendum in festo S. Marci, nisi Ecclesia esset sub titulo S. Marci dicata. Desumitur ex Rubr. Missalis, in festo S. Marci, & ex Gavant. cit.

3 In festo Translationis S. Bernardini, (quod ex decreto citato) celebrari debet die 18. Missa dicitur ut in die festo cum Oratione propria, Domine Jesu, &c. similiter in Translatione S. Didaci, cum Oratione propria Translationis, servatis quæ dicta sunt in Translatione S. Antonii, & de Rogationibus, num. precedentibus. Si hoc festum venerit infra Octav. Ascensionis fit commemoratio de Octava, & Prefatio, & Communicantes dicuntur de Ascensione.

4 Si festum S. Bernardini venerit in aliqua die infra Oct. Ascensionis, in Missa non fit commemor. Oct. tamen Præfatio & Communicantes, dicuntur de Ascensione: si autem venerit in die Oct. Ascensionis, fit commemor. de ea; ita in similibus ex Decr. S. R. C. 28. Aug. 1627. & ex Gav. part. 1. tit. 12. nu. 5. Si aliqua dies infra Oct. S. Bernardini venerit in Vig. Ascensionis, Missa dicitur de Vigil. post Sextam, cum commemor. Oct. S. Bernardini, 3. Oratio, **Concede**, & post Processionem cantatur Missa de Rogationibus.

5 In festo S. Felicis, quod apud nos celebratur die 21. sub ritu duplici majori, Missa propria dicitur ut in Missali cum comm. Octavar. S. Bernardini, & S. Paschalis, & dicitur **Credo**, propter Octavas.

6 In festo Translationis S. P. N. Francisci die 25. observanda sunt ea, quæ dicta fuere in Translatione S. Antonii: Introitus Missæ debet esse, **libi autem absit**, & cetera ut in die festo. Quod si celebratur in aliqua die infra Oct. Ascensionis, Præfatio erit propria, sed Communicantes dicatur de Ascensione, dicitur **Credo**: & semper fit commemor. Oct. & S. Urbani Papæ & mart.

7 Festum S. Philippi Neri quodcumque celebratur infra Oct. S. Bernardini, in Missa dicitur **Credo**, & fit comm. Oct. ac Simplicis currentis.

8 Die 31. hujus Mensis assignatum fuit tamquam propria pro Festo B. Joannis de Prado Mart. nostri Ordinis, quia die 24. (in quo obiit) impedita remanet ab Officio diei Octavæ S. Paschalis, Missa dicitur pro varietate temporis, cum Oratione prima propria, & fit commemor. S. Petronilla Virginis. Non dicitur **Credo**.

PRO FESTIS MENSIS JUNII.

**F**estum S. Gregorii Papæ VII. occurrens die 25. Maji in qua celebratur Festum Translationis S. P. N. Francisci, ideo à Nostratibus transferitur in perpetuum ad diem 1. Junii, tamquam propria, & Missa dicitur ut in Missali, sine **Credo**.

2 Die 12. hujus in Ecclesia universali celebratur Festum S. Joannis à S. Facundo Confessor. sed ob Festum B. Guidi majoris ritus, apud Nos transferitur pro semper ad diem 15. Junii, & Missa dicitur prout in Missali assignatur, cum prima Oratione propria, & in ea fit commemor. Octavæ S. Antonii, ac SS. Viti, Modesti, atque Crescentie martyrum: Dicitur **Credo**, propter Octavam.

PRO FESTIS MENSIS JULII.

**I**n festo S. Elisabeth Regine Portugaliæ, Missa dicitur de Communi, **Connovi**. Oratio prima propria.

2 Si festum S. Anacleti Papæ & mart. venerit in Dominica, transferitur post Octav. S. Bonaventuræ.

3 In festo S. Bonaventuræ, Missa dicitur ut ibi, annotatur.

4 In festo S. Henrici Confessoris, in Missa 2. Oratio de Oct. S. Bonaventuræ. 3. **Concede**, & dicitur **Credo**.

5 Festum S. Alexii Confessoris, quod (ubique est semiduplex de præcepto) novissimè ex determinatione SS. D. N. Innocentii XII. Missa dicitur, ut ibi, 2. Oratio de Oct. 3. **Concede**, & dicitur **Credo**.

6 In festo S. Francisci Solani Confessoris (quod ex novo Decreto S. R. Congr. 5. Aprilis 1727. concessum est celebrari sub ritu duplici secundæ Classis cum Oct.) Missa dicitur ut ibi, cum **Credo**, per totam Octav. quia est ex principalibus Festis Ordinis Nostri.

PRO FESTIS MENSIS AUGUSTI.

**I**n festo Divæ Mariæ Angelorum, Missa dicitur, ut in Anniversario **Dedicat.** Ecclesiæ ut ibi, & fit comm. S. Stephani Papæ & mart. In Ecclesiis nostri Ordinis omittuntur verba Parenthesis Secretæ, præterquam in Ecclesia Portuiculæ, & in aliis eodem die consecratis, in quibus dicta verba non omittuntur, sed in eis nulla fit commemor. S. Stephani.

2 In festo S. Claræ, in Missa nulla fit commemor. Oct. S. Laurentii, & dicitur **Credo**, quia est Festum ex principalibus Ordinis. Infra Oct. S. Claræ in Missa fit commemor. Oct. S. Laurentii, ac Simplicis currentis. & dicitur **Credo**. In Vigilia Assumptionis, Missa Conventualis debet esse de Vigilia post Nonam, cum commemor. Oct. & S. Eusebii Confessoris. Præfatio communis, color violaceus: & idem observandum erit in aliis Vigiliis infra Octav. occurrentibus.

3 In festo S. Ludovici Regis Francorum, ubi festum S. Bartholomæi celebratur die 24. in Missa nulla fit commemor. Oct. S. Ludovici Episcopi, & dicitur **Credo**. Ubi verò festum S. Bartholomæi celebratur die 26. dici debet Missa de die Oct. S. Ludovici Episcopi, in qua secunda Oratio tantum erit de S. Zephyrino Papa & martyre, festum verò S. Ludovici Regis transferendum est ad diem 27.

PRO FESTIS MENSIS SEPTEMBRIS.

**I**n festo Translationis S. Rosæ virg. Viterbiensis, quod celebratur die 4. Sept. Missa dicitur sicut in alio Festo die 8. Martii, & dicitur **Credo**, per totam Oct. quia est Festum principale 2. Classis pro toto Ordine nostro.

2 Die 5. hujus Mensis celebratur Festum S. Rosæ Limanæ virginis, quia dies 30. Augusti occupatur à Festo S. Helenæ Imperatricis in perpetuum, & Missa dicitur ut in Missali, cum commemor. Oct. S. Rosæ Viterbiensis, prima Oratio utriusque propria. Advertendum tamen est quod Secreta & Postcommunio sunt eadem ac S. Rosæ Viterbiensis, idcirco secundum Rubricas Missalis de commemor. numer. 8. debet mutari, & pro S. Rosæ de Viterbio sumi debent ex Missa. **Loquebar**, de Comuni Virg. primo loco, omisso titulo, & **Martyre**, & dicitur **Credo**, propter Octavam: & idem faciendum est in Missis votivis, aut aliis translatis infra alias Octavas, si Orationes sint eadem.

3 Quotiescumque occurrerit dies Octav. S. Rosæ in Dominica infra Oct. Nativitatis B. V. M. fit de die Oct. S. Rosæ, ex Decret. S. R. C. die 22. Januarii 1707. protracto ad aliam die festo SS. Nominis ejusdem

dem B. M. V. & in Missa fit commemor. Dominicæ & Oct. Nativitatis B. M. V. & in fine legitur Evangelium Dominicæ.

4 Si dies Octav. Nativitatis B. V. M. occurrat in Feria iv. Quatuor Tempor. dici possunt duæ Missæ Conventuales, Missa de Oct. dicitur post Tertiam, in qua fit commemor. S. Nicomedis tantum; Missa verò de Feria dicitur post Nonam, 2. Oratio, **A cunctis**, 3. ad libitum. Præfatio communis, sine **Gloria** & **Credo**, ex Decr. S. R. Congregat. 12. Decembris 1626.

5 Quotiescumque celebratur Vigil. S. Matthæi in aliqua Feria Quatuor Temp. dici possunt duæ Missæ Conventuales, prima de SS. martyribus Eustachio & soc. post Tertiam, in qua nulla fit comm. Vigil. nec Feriæ: Missa verò de Feria dicitur post Nonam, in qua fit comm. Vigil. 3. Oratio, **A cunctis**, sed in fine legitur Evangel. S. Joannis, non Vigil. quia non fuit lectum in Officio, Gav. part. 4. tit. 5. nu. 17.

6 Festum Sacrorum Stigmatum si occurrat in aliqua Feria Quatuor Temporum, in Missa fit commemor. Feriæ, & in fine legitur ejus Evangelium; possunt dici duæ Missæ absque commemor. utriusque, & in Missa Feriæ dicitur Præfatio communis, cetera ut in Missali.

7 Die 28. hujus celebratur Festum B. Bernardini de Feltria Confess. Nostri Ordinis, sub ritu Duplici, Missa dicitur de Comuni Confess. non Pontif. secundo loco, sine **Credo**. Festum verò S. Venceslæi mart. (modò semiduplex de præcepto) transferitur in perpetuum ad diem 17. Decembris, tamquam propria.

PRO FESTIS MENSIS OCTOBRIS.

**D**ominica prima Octobris, Festum SS. Rosarii B. V. Mariæ quod nunc (ex novo Decreto Clementis Papæ XI. de die 3. Octobris 1716.) ab universali Ecclesia celebratur, in Missa fit commemor. Dominicæ cum ejus Evangelio in fine. Si verò in dictam Dominicam incidit festum Seraphici S. P. N. Francisci, fit de eo, & Festum Rosarii transferitur in aliam diem non impeditam.

2 In festo Translationis S. Claræ, Missa dicitur ut in die Festo, mutatis mutandis, sed non dicitur **Credo**, & in ea fit commemor. Vigil. S. P. N. Francisci, & legitur ejus Evangel. in fine. Quod si cantentur duæ Missæ Conventuales, Missa Translationis S. Claræ cantatur post Tertiam sine commemor. Vigiliæ, Missa verò Vigiliæ post Nonam, 2. Oratio. **Concede**. 3. **Ecclesiæ, vel pro Papa**. Præfatio communis color violaceus.

3 In festis sanctorum Brunonis, Birgittæ, Dionysii, & sociorum martyrum, ac S. Francisci Borgiæ, in Missa fit comm. Oct. S. P. N. Francisci, dicitur **Credo**, & Præfatio S. P. N. Francisci.

4 In festo S. Petri de Alcantara Confess. Missa propria, & dicitur **Credo**, quia est Festum ex principalibus Ordinis, sicut in aliis Festis secundæ Classis nostri Ordinis.

5 In festo S. Joannis de Capistrano Confess. Missa, **Os justi**. Prima Oratio propria, sine commemor. Octav. S. Petri, & dicitur **Credo**, quia est Festum ex principalibus Ordinis.

6 In Octav. S. Petri de Alcantara, Missa dicitur ut in die Festo, & fit commemor. Oct. S. Joannis, ac S. Evaristi papæ & mart.

7 In festo S. Ivonis Confess. potest Missa dici de Sancto post Tertiam, in qua fit commemor. Oct. S. Joannis, & dicitur **Credo**, de Vigilia verò post Nonam, absque utriusque commemor.

8 In Octav. S. Joannis, duplex minus, dicitur **Credo**.

9 Die 31. hujus Mensis celebratur Festum sanctorum Cosmæ & Damiani martyrum, & Missa eorundem dicitur quæ in Missali Romano assignatur sub die 27. Septembris, cum commemor. Vigiliæ Omnium Sanctorum. Notandum quod Evangelium Festi SS. Cosmæ & Damiani mutatur, ne coincidat cum Evangelio Vigiliæ, & erit, **Cum audieritis prælia**, de Comuni plurimorum Martyrum primo loco. Pro Vigilia verò in fine Missæ, Evangelium, **Descendens Jesus**, ut ibi in Missali. Si autem ob aliquam causam transferendum sit ulterius, tunc nulla variatio seu mutatio Evangelii faciendâ erit.

PRO FESTIS MENSIS NOVEMBRIS.

**I**n festo Translationis S. Ludovici Episcopi, Missa dicitur ut in die Festo, mutatis mutandis, non dicitur **Credo**; & fit commemor. sanctorum Tryphonis, & sociorum martyrum.

2 Si festum S. Martini Episcopi venerit in Dominica xxii. post Pentec. debet mutari Secreta Dominicæ, quia est eadem cum Secreta S. Martini, & sumi debet Secreta Dominicæ xxiii. sequentis. Ex Gav. p. 1. tit. 7. nu. 8.

3 Festum S. Martini Papæ & mart. celebratur die 13. ex Decr. cit. Si autem venerit in Dominica, celebratur Feria secunda sequenti. In Missa fit commemor. Oct. S. Didaci, 3. Oratio. **Concede**, & dicitur **Credo**.

4 In festo beatæ Salomeæ virg. ex concessione Clementis X. Missa, **Dilexisti**, & fit commemor. Oct. S. Didaci, & dicitur **Credo**.

5 In festo S. Jacobi de Marchia Confess. (quod ex Decreto suprascripto S. R. C. 5. Aprilis 1727. concessum est celebrari sub ritu duplici secundæ Classis cum Octava) Missa dicitur ut ibi, cum **Credo**, totam Octavam, quia est Festum ex principalibus Ordinis.

PRO FESTIS MENSIS DECEMBRIS.

**F**estum SS. Immaculata Conceptionis B. V. Mariæ apud nos est primæ Classis, & non secundæ, quia est veluti Ordinis nostri Patrona, ex Privilegio & Determinatione Innocentii XI. in Brevi, cujus initium est: **Ecclesiæ Catholice**, die 18. Septembris 1685. & ex Rubrica particulari nostri Breviarii Franciscani num. 75. tit. de Octavis ab Innocentio XII. confirmat. & approbat. die 3. Decembr. 1697. quod si venerit in Dominica 2. Adventus non transferitur, sed fit de SS. Immaculata Conceptione cum comm. Dominicæ, & in fine Missæ legitur Evangelium ejusdem. 2 In Dominica infra Oct. Immaculata Conceptionis, vel in ipsa die Oct.

O&. Missa dicitur de Dominica, cum commem. O&. & non dicitur. 3. Oratio. Præfatio de Conceptione, non dicitur **Credo**, color Violaceus. Ex Gavant. part. 1. tit. 9. num. 10.

3 In festis S. Damasi, & Lucie, Missa dicitur ut ibi, sed fit comm. O&. & Ferie, & dicitur **Credo**, & Præfatio de Conceptione.

4 Vigilia Nativitatis & etiam Epiphaniæ Domini, si venerit in Dominica, in Missa dicitur **Credo**, licet non fiat Officium, nec comm. Dominicæ. Ex Rubr. Missalis Romani.

5 In Sabbatis Adventus Missa Conventualis dicitur sicuti præscribitur in Rubr. Missalis Romani, de Missis votivis B. Mariæ num. 2. cetera ut in Missali Romano.

6 Quando verò contigerit in Sabbatis Adventus, Quadragesimæ, Quatuor Temp. & Vigiliarum, seu in aliis Sabbatis infra Annum propter aliquod Festum semiduplex prætermitti Officium Immaculate Conceptionis: non tamen prætermittenda est Missa cantata post Primam de Immaculatissima Conceptione ante Conventualem; prout præscriptum reperitur in statutis anni 1553. à Julio III. confirmatis; nec non in Segovienfibus anni 1621. & Toletanis anni 1635. ab Urbano VIII. Apostolico munimine roboratis; & nuper ab Innocentio XII. ut appareret ex Rubr. novi Brev. num. 86. confirmatis.

**Notanda quedam Generalis ad Missale Fratrum Minorum.**

**I**n Ecclesiis, ubi Titulus est Ecclesiæ, vel concursus Populi, ad celebrandum Festum, quod transferri debet, possunt cantari duæ Missæ, una de die post Tertiam: alia de Festo (cum nulla habeat cum Officio connexionem) post Nonam (excepta Dominica prima Adventus, Feria iv. Cinerum, Dominica prima Quadragesimæ, Passionis, Palmarum cum tota Hebdom. majori, Dominica Resurrectionis, Pentecostes cum duobus sequentibus diebus, die Nativit. Domini, Epiphaniæ, Ascensionis Domini, & in festo Corporis Christi,) aut saltem commem. fieri de Festo; si de eo non debet celebrari Officium illa die: in fine verò prædictarum Missarum legitur Evangelium S. Joannis, & non aliud Ferie, vel Festi occurrentis.

2 Si hoc Festum accidat in Quat. Temp. Pentec. ambæ quidem post Nonam; sed illa prius de die, quæ cum Officio concordat, postea de Festo, ad cuius Missam populus eò libentius, quò tardius convenire solet, & licet in hoc casu nulla hora sit media inter utramque Missam; est casus unicus, & privilegiatus ob concursum populi. Ex Rubricis Missalis Romani, & ex Gavant. de Translatione Festorum tit. 6.

3 Qualibet Feria v. (extra Adventum, Quadragesimam & Vigilias) non impedita Officio novem Lectionum, Missa Conventualis erit de Sacramento prout ponitur in Missali post Commune Sanctorum, in qua non dicitur **Sequentia**, seu Prosa, nec **Credo**, nec **Alleluja**, in fine Introitus, Offertorii, & Communionis (excepto tempore Paschali, secunda Oratio, **A cunctis**, vel alia pro diversitate temporis, ut in Semiduplicibus. Ex Decreto supra citato.

4 In Missis votivis de Spiritu sancto. 2. Oratio debet esse illa, de qua factum est Officium, 3. **A cunctis** & non **Concede**, (ut aliqui putant) vel alia quæ in Missa Conventuali esset secunda. Quòd si addenda sit quinta, servetur Rubr. de Orationibus in Simplicibus.

5 In Missa dicendum est **Confiteor**, simpliciter & purè, prout habetur in Missali, absque additione alicujus Sancti, etiam Patroni, qui in sola Oratione, **A cunctis**, & Postcommunione. **Mundet, &c** addendus est, in quibus est locus vacans pro eo, sub signo **N**. Non autem sic in **Confiteor**, idè in nulla debet fieri additio, præterquam in Ecclesiis Hispaniarum, quibus à S. Pio V. hoc expressè concessum est. Ex Gavant. part. 2. tit. 3. num. 7.

6 Regulares non tenentur ad plures Missas cantandas, quia non sunt Ecclesiæ Collegiatæ, sed appellantur propriè Conventuales ab Innocentio IV. in Bulla ejusdem 7. Bullarii, & in Clementina prima de celebratione Missarum, ex Concilio Viennensi distinguuntur Ecclesiæ Regulares à Cathedralibus & Collegiatis, quibus postremis dumtaxat imponitur onus de duabus his Missis. Gavant. part. 3. titulo 11. num. 12.

7 Quando exponitur Sacramentum in Altari pro initio 40. Horarum, vel spiritualium exercitationum, cantari debet Missa votiva de Sacramento, quæ habetur circa finem Missalis non autem Festiva Cor-

poris Christi (nisi infra Octavam ejusdem Festi casus accideret) & tempore Paschali addendum erit, **Alleluja**, ut fit in aliis votivis Missis. Dicitur una tantum Oratio cum **Gloria, Credo**, & Præfatione de Nativitate, quia solet esse publica causa; non autem privatis Missis hæc conveniunt.

8 Si verò accidat in Festo primæ, vel secundæ Classis, sive in Dominica privilegiata primæ, vel secundæ Classis, tunc in Collegiatis, vel duæ cantentur Missæ, una de Festo, seu Dominica post Tertiam, altera votiva de Sacramento post Nonam; vel una canetur de die, cum commem. sanctissimi Sacramenti.

**Decreta Sacrorum Rituum Congregationis ad Missam pertinentia.**

**I**n Altari privilegiato pro certis tantum diebus, si in eis incidat Festum duplex de præcepto, non potest dici Missa de Requiem. 24. Aprilis 1627.

2 In diebus Festis (præsentè corpore) celebrari potest Missa solemnè de Requiem, non privata. 23. Maji 1603.

3 In Festis duplicibus non possunt amplius celebrari Missæ privatæ pro Defunctis. 5. Augusti 1662.

4 Missæ approbatæ pro certis Regularibus, non possunt ab aliis dici nec in eorum Regularium Ecclesiis. 19. Novembris 1622.

5 Capellani Monialium possunt celebrare Missam de Sancto, de quo Moniales recitant Officium, sed cum Missali Romano de Comuni, si intra Missale Romanum non est de eo Missa propria. 20. Novembris 1622.

6 Hymnus Angelicus, Symbolumque non dicuntur in votiva solemnè, in qua paramenta violacea adhibentur: 19. Maji 1607.

7 In eo Altari, sub quo, vel sub cuius Bradella humata sunt corpora Defunctorum, non debet celebrari Missa, donec aliò transferantur. Sac. Congreg. Episc. 10. Novembris 1599.

8 In Oratione, **A cunctis**, nomen S. Michaelis, seu sancti Joannis Baptiste, si ii sunt Patroni, vel Titulares, ponitur ante Apostolos. 28. Augusti 1627.

9 In fine Missæ, ad quodcumque Altare celebratæ, fit reverentia Cruci infra gradus, capite discooperto. 28. Augusti 1617.

10 Communicantes de Ascensione non omittitur in Festis secundæ Classis, quæ occurrunt infra Octav. Ascensionis, licet de ea non sit commem. 28. Augusti 1617.

11 In Canone (nomine Antistitis) non sunt nominandi Superiores Regularium. 12. Novembris 1605.

12 Solis Episcopis licet sumere paramenta de Altari. 7. Julii 1612.

13 In Parasceve immittitur particula in Calicem sine Crucis signo. 28. Augusti 1627.

14 Qui benedicit Candelas, Cineres, Ramos, debet etiam cantare Missam sequentem. 26. Februarii 1628.

15 Celebrans, qui distribuit Candelas, Cineres & Ramos. detecto capite distribuatur. 18. Julii 1626.

16 Insignis Reliquia Sancti, ratione cuius dici queat Credo in Missa, eà est, ratione cuius Officium duplex recitari potest, scilicet de Sancto, cuius habetur Caput, Brachium, Crus, quibus Sac. Rit. Congregat. die 8. Aprilis 1628. tamquam insignem Reliquiam, addidit eam partem Corporis, in qua passus est Martyr, modò sit integra, & non parva. Quòd si Corpus habeatur integrum, aut illius magna pars, à fortiori Symbolum in Missa recitari debet. Ex eadem die 3. Julii 1617. & die 8. Aprilis 1628.

17 Quod debet intelligi de Sanctis dumtaxat in Martyrologio Romano descriptis, & dummodo constet de identitate Corporis seu Reliquiæ insignis illiusmet Sancti, qui reperitur in Martyrologio Romano descriptus. De ceteris autem Sanctis in prædicto Martyrologio non descriptis, aut quibus à sancta Sede non fuerit specialiter indultum, Officia recitari, & Missas celebrari vetuerunt; non obstante quòd ipsorum Corpora, vel insignes Reliquiæ in Ecclesiis aserventur. Ex Decreto S. R. C. 11. Augusti 1691. & Sanctissimus approbavit 19. Nov. 1691.

18 In Missis Beatorum Ordinis Minorum nondum Canonizatorum, qui sub ritu duplici majori per Annum, aut ritu inferiori celebrantur, non dicitur **Credo**. 12. Julii 1664.

**S**uprascriptas Rubricas exhibitas in Sacra Rituum Congregatione, revisas & relatas per Eminentissimum & Reverendissimum D. Cardinalem Judice Ponentem, eadem Sac. Rituum Congreg. approbavit, illasque tantum suppressis ac deletis quibuscumque aliis in Ordine hætenus conscriptis, in posterum observari mandavit, atque jussit, ac imprimi posse concessit. Hac die 7. Augusti 1694. Alderanus Cardinalis Cybo Protector. Loco ✠ Sigilli. B. Inghirami Sacræ Rit. Congreg. Secret. Quas Innocentius XII. confirmavit & approbavit, illisque firmatis robur adjecit, die 10. Novembris 1698. ut constat ex Brevi, cujus initium; Ex debito Pastoralis officii, in fine novi Breviarii Franciscani.

J. F. Cardinalis Albanus.

# MISSÆ PROPRIÆ SANCTORUM

Trium Ordinum Fratrum Minorum.

## FESTA NOVEMBRIS.

Die xxvii. Novembris.

IN FESTO OMNIUM  
Sanctorum Trium Ordinum Seraphici  
S. P. N. Francisci. Introitus.



Audeamus omnes in  
Dómino, diem festum  
celebrantes sub honore  
Sanctorum omnium  
Ordinis Minorum: de  
quorum solemnitate  
gaudent Angeli, & col-  
laudant Fílium Dei.

**Pfal. 32.** Exultate iusti in Dómino: rectos  
deceat collaudatio. **V.** Glória Patri. **Oratio.**

**O**Mnipotens sempiternus Deus, qui Ec-  
clésiám tuam variis Sanctorum splen-  
dóribus semper illústras, prótegis, atque con-  
sérvas: concéde propítius; ut beáti Patris no-  
stri Francisci, & Sanctorum filiórum ejus,  
quorum omnium mérita nos sub una tribuí-  
sti celebritate venerári, précibus, & híc ab  
ómnibus mundémur offénsis, & in futúro  
glória perfruámur æténa. Per Dóminum.

**Si celebretur in Adventu, fit comm. Fer.**

**Lectio** libri Apocalypsis beáti Joánnis  
Apóstoli. **Apoc. 7.**

**I**N diébus illis: Ecce ego Joánnes vidi ál-  
terum Angelum ascendéntem ab ortu  
solis, habéntem signum Dei vivi: & cla-  
mávit voce magna quátuor Angelis, qui-  
bus datum est nocére terræ & mari, di-  
cens: Nolite nocére terræ & mari, neque  
arbóribus, quoadúsque signémus servos  
Dei nostri in fróntibus eórum. Et audívi  
númerum signatórum, centum quadragín-  
ta quátuor millia signáti, ex omni tribu fi-  
liórum Israel. Ex tribu Juda duódecim  
millia signáti. Ex tribu Ruben duódecim  
millia signáti. Ex tribu Gad duódecim  
millia signáti. Ex tribu Aser duódecim  
millia signáti. Ex tribu Néphthali duóde-  
cim millia signáti. Ex tribu Manásse duó-  
decim millia signáti. Ex tribu Simeon  
duódecim millia signáti. Ex tribu Levi  
duódecim millia signáti. Ex tribu Issáchar  
duódecim millia signáti. Ex tribu Zábulo-  
lon duódecim millia signáti. Ex tribu Jo-  
seph duódecim millia signáti. Ex tribu  
Bénjamin duódecim millia signáti. Post  
hæc vidi turbam magnam, quam dinu-  
meráre nemo póterat ex ómnibus génti-  
bus, & tribubus, & pópulis, & linguis  
stantes ante thronum, & in conspéctu  
Agni, amícti stolis albis, & palmæ in má-  
nibus eórum: & clamábant voce magna,  
dicétes: Salus Deo nostro, qui sedet su-  
per thronum, & Agno. Et omnes Angeli  
stabant in circúitu throni, & seniórum, &  
quátuor animálium: & ceciderunt in con-  
spéctu throni in fácies suas, & adoravé-  
runt Deum, dicétes: Amen. Benedíctio,  
& cláritas, & sapiéntia, & gratiárum  
áctio; honor, & virtus, & fortitúdo Deo  
nostro, in sæcula sæculorum, Amen.

Missæ SS. Ord. Min.

**Graduale. Psal. 33.** Timéte Dóminum om-  
nes Sancti ejus: quóniam nihil deest timén-  
tibus eum. **V.** Inquirétes autem Dómi-  
num, non deficient omni bono. **Allel. allel.**  
**V. Matt. 11.** Veníte ad me omnes qui labo-  
rátis & oneráti estis: & ego reficiam vos. **Allel.**



Sequéntia sancti Evangélii secún-  
dum Lucam. **Luc. 12 d**

**I**N illo témpore: Dixit Jesus discí-  
pulis: Nolite timére pusillus grex, quia  
complácuít Patri vestro dare vobis  
regnum. Véndite, quæ possidétis, & date  
eleemósynam. Fácite vobis sácculos, qui  
non veteráscunt, thesáurum non deficién-  
tem in coelis: quò fur non apprópiat, neque  
tinea corrúmpit. Ubi enim thesáurus ve-  
ster est, ibi & cor vestrum erit. **Credo.**

A

Offer-

Festa Novembris.

**Offertorium.** Psal. 149. Exultabunt Sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis; exaltationes Dei in faucibus eorum.

**Secreta.**

**M**Unera tibi, Domine, nostræ devotionis offerimus: quæ & pro cunctorum tibi grata sint honore justorum; & nobis salutaria, te miserante, reddantur. Per Dominum.

**Præfatio.** Qui venerandum, ut infra in Festo S. Francisci, die 4. Octobris.

**Communio.** Psal. 31. Lætâmini in Domino, & exultate justî: & gloriâmini omnes recti corde. **Postcommunio.**

**D**A, quæsumus, Domine fidelibus populis, omnium Sanctorum Ordinis Minorum semper veneratione lætari: & eorum perpétua supplicatione muniri. Per Dominum nostrum.

Die xxviii. Novembris.

**I N F E S T O S. J A C O B I**  
de Marchia Conf. Primi Ordinis. Missa.  
Justus ut palma. ut in Comuni Conf.  
non Pontif. ii. loco. Si venerit in Adventu,  
fit commem. Feriæ. Et dicitur Credo.  
per totam Octav. etiam in Festis infra  
eam occurrentibus.

**FESTA DECEMBRIS.**

Die i. Decembris.

**I n f r a** Octavam S. Jacobi. Missa ut in festo, cum commem. Feriæ. Tertia Oratio, Deus, qui de beatæ Mariæ.

Die iv. Decembris.

**I N F E S T O S. B A R B A R Æ**  
virg. & mart. Missa. Loquébar. ut in Comuni Virginum & Martyrum primo loco. Oratio. Deus, qui inter cetera potentia.  
Fit commemor. Octavæ, & Feriæ, & dicitur Credo. propter Octavam.

Die v. Decembris.

Octava S. Jacobi de Marchia, dupl. min. Missa ut in festo, cum commem. Feriæ, & S. Sabbæ Abbatis.

Die viii. Decembris.

**I M M A C U L A T A C O N C E P T I O**

**Sanctissimæ Dei Genitricis Mariæ.**

**Introitus.**



**I**Gredimini, & videte filia Sion Reginam vestram, quam laudant astra matutina, cujus pulchritudinem sol & luna mirantur, & jubilant omnes filii Dei.

**Psal. 83.** Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum! concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini.

**V.** Gloria Patri. **Oratio.**

**D**Eus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum præparasti: quæsumus; ut qui ex morte ejusdem Filii sui prævisa, eam ab omni labe præservasti; nos quoque mundos, ejus intercessione, ad te pervenire concedas. Per eundem Dominum.

**Deinde fit commem. Feriæ occurrentis.**

**Lectio libri Sapiëntiæ. Prov. 8.**

**D**ominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret à principio. Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis, antequam terra fieret. Nondum erant abyssi, & ego jam concepta eram: necdum fontes aquarum eruperant: necdum montes gravi mole constitierant: ante colles ego parturiebar: adhuc terram non fecerat, & flumina, & cardines orbis terræ. Quando præparabat celos, áderam: quando certa lege & gyro vallabat abyssos: quando æthera firmabat sursum, & librabat fontes aquarum: quando circumdabat mari terminum suum, & legem ponebat aquis, ne transirent fines suos: quando appendebat fundamenta terræ. Cum eo eram, cuncta componens: & delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore; ludens in orbe terrarum, & deliciae meæ, esse cum filiis hominum. Nunc ergo filii audite me: Beati qui custodiunt vias meas. Audite disciplinam, & estote sapientes, & nolite abjicere eam, Beatus homo, qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & observat ad

postes ostii mei. Qui me invenerit, inveniet vitam, & hauriet salutem à Domino.

**Graduale.** Qualis est dilecta nostra, charissimi? qualis est mater, dicite, Domini? qualis & quanta sit soror & sponsa Christi? *Ps.* Dilēcta nostra cāndida, immaculāta quasi aurōra consurgens.


**A**llelūja, allelūja. *Ps.* Veni Regina nostra, veni Dōmina in hortum odōris super omnia arōmata. Allelūja.

**Tempore Paschali omittitur Graduale, & additur seq. Ps.** Virga Jesse floruit: virgo Deum & hōinem genuit: pacem Deus reddidit; in se reconcilians imas summis. Allelūja.

**Post Septuagesimam, omisso Allelūja, & Ps. seq. dicitur Tractus.** Gaude Maria virgo, cunctas hāereses sola interemisti.

*Ps.* Quae Gabriēlis Archāngeli dictis credidisti. *Ps.* Dum virgo Deum & hōinem genuisti: & post partum, Virgo, inviolāta permansisti.

*Ps.* Dei genitrix intercede pro nobis.

 **S**equētia sancti Evangēlii secundum Lucam. **Lucæ II. d**

**I**N illo tempore: Loquente Jesu ad turbas, extollens vocem quaedam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter, qui te portavit, & ubera, quae suxisti. At ille dixit: Quinimō beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. **Credo.**

**Et dicitur per totam Octavam, & in Festis infra eam occurrentibus.**

**Offertorium.** Hortus conclusus, fons signatus, emissiones tuae paradus, Maria: manus tuae stillaverunt myrrham, mellifluoque facti sunt coeli, dum manu Domini fabricata es mater tanti Dei. **Secreta.**

**S**uscipere digneris per te ipsum benignitatis auctorem, rogamus, Domine, Matris ac domus tuae zelatorum devotas cum hilaritate supplicationes: ut sicut ipsa, tua gratia praeveniēte, mundo (hodie) immūnis apparuit; ita ipsi mundam de tuae Matris munere, te concedente, exhibeant gratiarum actionem. Per te ipsum Jesum Christum Filium ejus: Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

**Illud (hodie) hic & in Postcommunione omittitur extra Octavam, ac in Officio per Annum, & etiam in votivis.**

**Præfatio de B. Virg. Et te in Conceptione.** quae dicitur per totam Octavam etiam in Festis, nisi habuerint propriam; ac quando fit Officium per Annum in Sabbatis, & in Missis votivis.

**Communio.** Gloriosa dicta sunt de te Maria, quia fecit tibi magna qui potens est.

**Postcommunio.**

**O**dorem, Domine, sacrificii hujus suscipe suavitatis, & presta: ut, qui (hodie) Mariæ Conceptionem jubilando celebrant, ejus salubri oratione, fructum centuplum suae devotionis accipiant. Per Dominum.

**¶ Infra Oct. Immaculae Conceptionis B. M. secunda Oratio de Feria, tertia de Spiritu sancto, nisi occurrat Festum duplex, vel semiduplex, de quo tunc fit, cum commemoratione Octavae & Feriae.**

**Quando verò in Sabbato per annum fit Offic. de Immaculata Conceptione, secunda Oratio erit de Spiritu sancto; tertia, Ecclesiae tuae. vel pro Papa, Deus omnium.**

**Si verò occurrat fieri commemoratio aliqujus Sancti, ea ponitur secundo loco, & tertia Oratio dicitur, quae alias secundo loco dicenda erat.**

*Die xviii. Decembris.*

**IN FESTO EXPECTATIONIS**  
B. M. Virg. Missa propria dicitur pro-  
ut in fine Missalis Romani assignatur.

## FESTA JANUARI.

*Die xi. v. Januarii.*

**IN FESTO SS. NOMINIS JESU.**

**Introitus. Phil. 2.**



**I**N nomine Jesu omne genuflectatur, caelestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris. **Psal. 8.** Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra! *Ps.* Gloria Patri, &c.

A 2

Ora-

**Oratio.**

**D**Eus, qui unigenitum Filium tuum constituisti humani generis Salvatorem, & Jesum vocari iussisti: concede propitius; ut cujus sanctum nomen veneramur in terris, ejus quoque aspectu perfruamur in caelis. Per eundem Dominum.

**In Missis privatis tantum fit commemoratio S. Felicis Presbyteri & martyris. Oratio.**

**C**oncede, quaesumus, omnipotens Deus: ut ad meliorem vitam, Sanctorum tuorum exempla nos provocent: quatenus quorum solennia agimus, etiam actus imitemur. Per Dominum.

**Lectio Actuum Apostolorum. Act. 4.**

**I**ndiebus illis: Petrus Spiritu sancto repletus, dixit: Principes populi, & seniores audite: Si nos hodie dijudicamur in beneficio hominis infirmi, in quo iste salvus factus est: notum sit omnibus vobis, & omni plebi Israel, quia in nomine Domini nostri Jesu Christi Nazareni, quem vos crucifixistis, quem Deus suscitavit a mortuis, in hoc iste astat coram vobis sanus. Hic est lapis, qui reprobatus est a vobis aedificantibus: qui factus est in caput anguli. Et non est in alio aliquo salus: Nec enim aliud nomen est sub caelo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri.

**Graduale. Psal. 105. S**alvos fac nos Domine Deus noster, & congrega nos de nationibus: ut confiteamur nomini sancto tuo, & gloriemur in gloria tua.

**Ps. 118. Tu Domine, pater noster, & redemptor noster, a saeculo nomen tuum. Alleluja, alleluja. Psal. 144. Laudem Domini loquetur os meum, & benedicat omnis caro nomen sanctum ejus.**

**Post Septuagesimam, omisso Alleluja, & sequenti, dicitur Tractus. Psalm. 79. & Cant. 2. Domine Deus virtutum converte nos: & ostende faciem tuam, & salvi erimus: sonet vox tua in auribus meis. Cant. 2. Vox enim tua dulcis, & facies decora nimis.**

**Cant. 1. Oleum effusum nomen tuum Jesu: ideo adolescentulae dilexerunt te.**

**Tempore Paschali, Alleluja, alleluja. Psal. 144. Laudem Domini loquetur os meum, & benedicat omnis caro nomen**

sanctum ejus, Alleluja. **Ps. ibid. Exaltabo te, Deus meus Rex, & benedicam nomini sancto tuo, Jesu, in saeculum, & in saeculum saeculi.**

**Sequentia.**

**L**auda Sion Salvatoris Jesu nomen, & amoris, Toto cordis jubilo.

**N**omen sanctum nos amare Decet semper, & laudare Absque mentis nubilo.

**J**esu nomen potestatis, Atque aeternae majestatis, Summi Patris brachium.

**C**aelos fecit, terrae molem Jesu nomen, atque solem, Et caeleste gaudium.

**A**ngelorum ingens coetus, Protoplastisque perfectus Fuit Jesu nomine.

**U**t aquarum magni fontes Sunt immissi super montes Justo rerum ordine.

**I**n Aegypto fecit signa Jesu nomen: & maligna Perdidit prodigia.

**S**cisso pelago, transvexit Israelem, & demersit Hostium insignia.

**H**ujus nominis virtute Superborum sunt destructae Daemonum potentiae.

**S**imulacra idolorum Sunt eversa: tyrannorum Fractae violentiae.

**J**esu nomen figuratum: Vehementer expectatum Patrum desiderio.

**R**evelatum nobis quidem Dedit spem, amorem, fidem, Maximo mysterio.


**N**omen ergo hoc amandum Toto corde, & adorandum Omni reverentia.

**I**n adversis nomen sanctum Invocetur: Jesu tantum Aderit praesentia.

**P**raesentia Deitatis, Et totius bonitatis Dulcis Jesus aderit.

Fugat morbos & livores,  
Sed & animi languores  
Jesu ubi venerit.

Veni ergo Jesu bone,  
Et te cordi nostro pone  
Nobile signaculum. Amen. Allelúja.

 **S**equentia sancti Evangelii secun-  
dum Lucam. **Lucæ 2. c**

**I**N illo tempore: Postquam consummá-  
ti sunt dies octo, ut circumcideretur  
puer: vocatum est nomen ejus Jesus,  
quod vocatum est ab Angelo priusquam in  
útero conciperetur. **Et dicitur C**redo.

**Offertorium. Psalm. 85. C**onfitebor tibi  
Dómine Deus meus in toto corde meo:  
& glorificabo nomen tuum in ætérnum.  
Quóniam tu Dómine suavis & mitis es,  
& multæ misericordiæ omnibus invocán-  
tibus te, allelúja. **Secreta.**

**B**enedictio tua, clementissime Deus,  
qua omnis viget creatúra, sanctificet,  
quæsumus, hoc sacrificium nostrum, quod  
ad glóriam nóminis Filii tui Dómini nostri  
Jesu Christi offerimus tibi: ut majestati tuæ  
placere possit ad laudem, & nobis proficere  
ad salutem. Per eúndem Dóminum.

**Pro S. Felice. Secreta.**

**H**ostias tibi, Dómine, beati Felicis  
martyris tui dicatas méritis, bení-  
gnus assúme: & ad perpétuum nobis tri-  
bue provenire subsidium. Per Dñm.

**Præfatio de Nativitate.**

**Communio. ib.** Omnes Gentes quascúm-  
que fecisti, vénient, & adorábunt coram  
te, Dómine, & glorificábunt nomen tuum:  
quóniam magnus es tu, & fáciens mirabilia:  
tu es Deus solus, allel. **Postcommunio.**

**O**Mnipotens æterne Deus, qui creásti,  
& redemísti nos: réspice propítius  
vota nostra: & sacrificium salutáris hóstiæ,  
quod in honórem Nóminis Filii tui Dó-  
mini nostri Jesu Christi majestati tuæ ob-  
tulimus, plácido & benigno vultu susci-  
pere dignéris: ut grátia tua nobis infúsa,  
sub glorióso nómine Jesu, æternæ præde-  
stinatiónis título gaudeámus nómina no-  
stra scripta esse in coelis. Per eúndem  
Dóminum nostrum.

Missæ SS. Ord. Min.

**Pro S. Felice. Postcommunio.**

**Q**uæsumus, Dómine, salutáribus re-  
pléti mystériis: ut beati Felicis már-  
tyristui, cujus solémnia celebrámus, ora-  
tiónibus adjuvémur. Per Dóminum.

*Die xvi. Januarii.*

**IN FESTO SS. MARTYRUM**  
**Berardi, Petri, Accursii, Adjuti & Otho-**  
**nis, Primi Ordinis. Introitus. Psalm. 33.**



Ultæ tribulatiónes justórum,  
& de his ómnibus liberávit  
eos Dóminus: Dóminus  
custódit ómnia ossa eórum:  
unum ex his non contere-  
tur. **Psalm. ibid. B**enedicam

Dóminum in omni tempore: semper laus  
ejus in ore meo. **Ps.** Glória Patri.

**Oratio.**

**L**argire nobis, quæsumus, Dómine,  
beatis martyribus tuis Berádo, Pe-  
tro, Accúrsio, Adjúto & Othóne interce-  
déntibus: coeléstia semper, & Christum  
amare, quorum glorióso martyrio, Ord-  
inis Minórum initia consecrásti. Per eúndem  
Dóminum nostrum.

**L**ectio Epístolæ Beati Pauli Apóstoli  
ad Corinthios. **1. Cor. 4.**

**F**Ratres, Spectáculum facti sumus mun-  
do, & Angelis, & homínibus. Nos  
stulti propter Christum, vos autem pru-  
dentes in Christo: nos infirmi, vos autem  
fortes: vos nóbiles, nos autem ignóbiles.  
Usque in hanc horam & esurimus, & siti-  
mus, & nudi sumus, & colaphis cædimur,  
& instábiles sumus, & laborámus operántes  
mánibus nostris: maledícimur, & bene-  
dicimus: persecutióne patimur, & susti-  
némus: blasphemámur, & obscramus:  
tamquam purgamenta hujus mundi facti  
sumus, ómnium peripséma usque adhuc.  
Non ut confundam vos, hæc scribo,  
sed ut filios meos charíssimos móneo:  
in Christo Jesu Dómino nostro.

**Graduale. Pf. 78. V**indica Dómine sángu-  
inem sanctórum tuórum, qui effúsus est.  
**Ps.** Posuerunt morticina servórum tuórum,  
Dómine, escas volatilibus cœli: carnes san-  
ctórum tuórum bestíis terræ. **Allelúja, allel.**

A 3

**Ps.** Hæc

**V** Hęc est vera fraternitas, quę vicit mundi crimina: Christum secuta est, incluta tenens regna cęlestia. Alleluja.

**Tempore Paschali omittitur Graduale, & additur sequens V. Psal. 115.** Pretiosa in conspectu Dõmini mors sanctorum ejus. **A**lleluja.

**Post Septuages. Tractus. Psal. 125.** Qui seminant in lacrymis, in gaudio metent. **V.** Eũntes ibant & flebant, mittentes semina sua. **V.** Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.

**S**equentia sancti Evangelii secundum Matthæum. **Matth. 10.**

**I**N illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Ecce ego mitto vos, sicut oves in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Cavete autem ab hominibus. Tradent enim vos in conciliis, & in synagogis suis flagellabunt vos: & ad præfides & ad reges ducemini propter me, in testimonium illis, & Gentibus. Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium: & insurgent filii in parentes, & morte eos afficient: & eritis odio omnibus propter nomen meum: qui autem perseveraverit, usque in finem, hic salvus erit. **C**redo.

**Offert. Sap. 3.** Justorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum malitiæ: visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace, alleluja. **Secreta.**

**P**ro pretiosa, Dõmine, tuorum morte sanctorum sacrificium istud offerimus: quo opem tuam nostris temporibus clementer impendas; & gratiam nobis veræ devotionis exhibeas. Per Dõminum.

**Communio. Lucæ 12.** Dico autem vobis amicis meis: Ne terreamini ab his, qui vos persequuntur. **Postcommunio.**

**C**œlestia, Dõmine, dona quę sumptimus, vitam nobis tribuant sem-

piternam: quam cum beatorum martyrum tuorum Berardi, Petri, Accursii, Adjuti, atque Othonis gloriosis meritis imploramus. Per Dõminum.

*Die xxiii. Januarii.*

**IN FESTO DESPONSATIONIS**

**B. Mariæ virginis cum S. Joseph.**

**Missa dicitur prout in fine Missalis Romani assignatur, & in ea fit comm. de S. Joseph Sponso ejusdem B.M. virg. ante quascunque Commem. etiam Dominicæ: & postea S. Emerentianæ virg. & mart.**

*Die xxx. Januarii.*

**IN FESTO B. HYACINTHÆ**

**de Marescottis Virg. Tertii Ordinis, Missa. Dilexisti. de Communi Virg. primo loco. Oratio.**

**D**eus, qui beatam Hyacintham virginem tuam jugis mortificationis, & charitatis victimam effecisti; ejus nobis exemplo, & intercessione concede, ut peccata nostra deslere, & te semper diligere valeamus. Per Dõminum.

**Sine Credo.**

*Die xxxi. Januarii.*

**IN FESTO BEATÆ LUDOVICÆ**

**Albertoniæ Viduæ, Tertii Ordinis, Missa. Cognovi. de Communi nec virginis nec martyris. Oratio.**

**D**eus, qui beatæ Ludovicæ inter ceteras egregias dotes insignem, veræque singularem erga Christi pauperes charitatis prærogativam misericorditer contulisti: concede nobis famulis tuis, ejus suffragantibus meritis, charitatem, qua Te, super omnia toto cordis affectu diligere valeamus. Per eundem Dõminum.

**Non dicitur Credo.**

**FESTA FEBRUARII.**

*Die i. Februarii.*

**IN FESTO B. ANDRÆ**

**de Comitibus Conf. Primi Ord. Missa. Justus ut palma. de Communi Confess. non Pontif. secundo loco. Sine Credo.**

*Die*

Die vi. Februarii.

**IN FESTO BB. MARTYRUM  
Japonensium Petri-Baptistæ & sociorum,  
Primi Ordinis. Introitus. Psalm. 36.**



Alus autem justorum à Dómino: & protector eorum est in tempore tribulationis. **Psal. ibid.** Noli æmulari in malignantibus: neque zelaveris facientes iniquitatem.

**Ps.** Glória Patri, &c. **Oratio.**

**D**eus, qui nos annua beatorum martyrum tuorum Petri-Baptistæ & sociorum ejus, solemnitate lætificas concede propitius; ut, quorum gaudemus meritis, accendámur exemplis. Per Dóminum.

**Lectio** Epistolæ beati Pauli Apóstoli ad Hebræos. **Hebr. 10. f**

**F**ratres, Rememorámini pristinos dies, in quibus illumináti, magnum certamen sustinuístis passionum: & in áltero quidem opprobriis, & tribulationibus spectáculum facti: in áltero autem sócii taliter conversantium effecti. Nam & vincitis compássi estis, & rapinam bonorum vestrorum cum gáudio suscepístis, cognoscéntes vos habere meliorem, & manentem substantiam. Nolíte itaque amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remuneraciónem. Patiéntia enim vobis necessária est, ut voluntátem Dei facientes, reportétis promissionem. Adhuc enim módicum aliquántulum; qui venturus est, véniet, & non tardábit. Justus autem meus ex fide vivit.

**Graduale. Psal. 33.** Clamaverunt justi, & Dóminus exaudivit eos: & ex ómnibus tribulationibus eorum liberávit eos. **Ps.** Juxtá est Dóminus his, qui tribuláto sunt corde, & húmiles spírítu salvábit. **Allelúja, allelúja.** **Ps.** Hæc est vera fraternitas, quæ vicit mundi crimina: Christum secúta est, ínclýta tenens regna cœléstia. **Allelúja.**

**Post Septuag. omisso. Allelúja, & Ps. sequenti, dicitur. Tract. Psal. 125.** Qui séminant in lácrymis, in gáudio metent.

**Ps.** Eúntes ibant & flebant, mitténtes semina sua. **Ps.** Veniéntes autem vénient cum exultatione, portántes manipulos suos.



**Sequéntia sancti Evangelii secúndum Lucam. Lucæ 6. c**

**I**n illo tempore: Descéndens Jesus de monte, stetit in loco campéstri, & turba discipulorum ejus, & multitudo copiósa plebis ab omni Judæa, & Jerúsalem, & marítima, & Tyri, & Sidónis, qui vénerant, ut audirent eum, & sanarentur à languoribus suis. Et qui vexabantur à spírítibus immúndis, curabantur. Et omnis turba quærebat eum tângere: quia virtus de illo exíbat, & sanábat omnes. Et ipse elevátis óculis in discipulos suos, dicebat: Beati páuperes: quia vestrum est regnum Dei. Beati, qui nunc esuritis: quia saturabimini. Beati, qui nunc fletis: quia ridébitis. Beati éritis, cum vos óderint hómines, & cum separáverint vos, & exprobráverint, & ejectionem nomen vestrum tamquam malum, propter Fílium hóminis. Gaudéte in illa die, & exultáte: ecce enim merces vestra multa est in cœlo. **Et dicitur Credo.**

**Offertorium. Sap. 3.** Justorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum malitiæ: visi sunt óculis insipientium mori, illi autem sunt in pace, allel. **Secreta.**

**O**bláti, quæsumus, Dómine, placare munéribus: & intercedéntibus beátiis martyribus tuis Petro-Baptista & sóciis ejus, à cunctis nos defende periculis. Per Dóminum nostrum.

**Communio. Matth. 10.** Quod dico vobis in ténébris, dicite in lúmine, dicit Dóminus: & quod in aure auditis, prædicáte super tecta. **Postcommunio.**

**H**æc nos commúnio, Dómine, purget à crimine: & intercedéntibus beátiis martyribus tuis Petro-Baptista & sóciis ejus, cœléstis remédii fáciat esse consórtes. Per Dóminum nostrum.

Die vii. Februarii.

**IN FESTO B. ANTONII  
de Stronconio Confess. Primi Ordinis,  
Missa. Justus ut palma. de Comuni  
Conf. non Pontificis secundo loco.  
Oratio. Adesto. Et non dicitur Credo.**

*Die ix. Februarii.*

**IN FESTO S. APOLLONIÆ**  
 Virgin. & mart. *Missa. Loquébar. ut*  
*in Communi virg. & martyr. Oratio.*  
 Deus, qui inter cetera. *Sine Credo.*

*Die xiv. Februarii.*

**IN FESTO B. VIRIDIANÆ**  
 Virginis Tertii Ordinis, *Missa. Dilexisti.*  
*de Communi Virinum, sine Credo.*

*Die xv. Februarii.*

**IN FESTO TRANSLATIONIS**  
 S. Antonii de Padua Conf. *Missa dicitur,*  
*ut in die Natalis ejusdem die xiii. Junii:*  
*sed in Oratione pro voce illa, Solémni-*  
*tas, dicatur Translatio, & sic in om-*  
*nibus aliis Translationibus, ubi eadem*  
*vox, seu Festivitas, aut Natalitia, in-*  
*venitur. Sed in eis non dicitur Credo.*  
*nisi occurrant in Dominica, vel infra*  
*aliquam Octavam.*

*Die xviii. Februarii.*

**IN FESTO BEATÆ JOANNÆ**  
 Valesiæ Viduæ, *Missa. Cognovi. de*  
*Communi nec virg. nec mart. 2. Orat. S.*  
*Simeonis Episc. & Mart. ut in Missali,*  
*3. Orat. A cunctis.*

*Die xix. Februarii.*

**IN FESTO S. CONRADI**  
 Conf. Tertii Ordinis. *Missa. Justus ut*  
*palma, ut in Communi Confess. non*  
*Pontificis. Evang. Ecce nos reliquimus.*  
*ut in Cõi Abbatum. Nondicitur Credo.*

*Die xxii. Februarii.*

**IN FESTO S. MARGARITÆ**  
 de Cortona, Tertii Ordinis, nec virg.  
 nec mart. *Introitus. Psal. 118.*



**C**ognovi, Dómine, quia  
 æquitas judícia tua, & in  
 veritate tua humiliásti me:  
 confige timóre tuo carnes  
 meas: à mandátis tuis tí-  
 muí. *Psal. ibid. Beati im-*  
*maculáti in via, qui ámbulant in lege*  
*Dómini. V. Glória Patri.*

*Oratio.*

**D**eus, qui famulam tuam Margaritam  
 de perditionis via ad salutis trãmitem  
 misericórditer deduxísti; eadem nobis mi-  
 seratione concède, ut quam prius errantem  
 sectári non erubúimus, mox pœnitentem  
 impigrè sequi gloriémur. *Per Dóminum.*

*Et fit commemor. Feriæ si venerit in*  
*Quadrag. & Vigilæ.*

*Lectio libri Sapiéntiæ. Cant. 3.*

**S**urgam, & circuibo civitatem: per vi-  
 cos, & plateas quæram, quem diligit  
 ánima mea: quæsi vi illum, & non invé-  
 ni. Invenérunt me vigiles, qui custódiunt  
 civitatem: Num quem diligit ánima mea,  
 vidístis? Páululum cum pertransísem eos,  
 invéni quem diligit ánima mea: tenui eum,  
 nec dimittam, donec introducam illum in  
 domum matris meæ, & in cubiculum ge-  
 nitricis meæ. Adjúro vos filiæ Jerúsalem  
 per cápreas, cervósque campórum, ne su-  
 scitétis, neque evigiláre faciátis diléctam,  
 donec ipsa velit. Pone me ut signáculum su-  
 per cor tuum, ut signáculum super bráchium  
 tuum: quia fortis est ut mors diléctio: dura  
 sicut inférnus æmulatio: lámpades ejus,  
 lámpades ignis, atque flammárum. Aquæ  
 multæ non potuerunt extinguere charitá-  
 tem, nec flúmina óbruent illam: si déderit  
 homo omnem substántiam domus suæ pro  
 dilectióne, quasi nihil despiciet eam.

*Graduale. Psal. 44. Diffúsa est grátia in*  
*lábiis tuis: propterea benedixit te Deus*  
*in ætérnum. V. Propter veritatem, &*  
*mansuetúdinem, & justitiam: & dedú-*  
*cet te mirabiliter dextera tua.*

*Tractus. Veni, sponsa Christi, accipe*  
*corónam, quam tibi Dóminus prepará-*  
*vit in ætérnum. V. ibid. Dilexisti justí-*  
*tiam, & odísti iniquitatem: propterea*  
*unxit te Deus, Deus tuus óleo lætitiæ*  
*præ consórtibus tuis. V. Spécie tua, &*  
*pulchritúde tua inténde, prospère pro-*  
*cède, & regna.*

**S**equéntia sancti Evangélii secún-  
 dùm Matthæum. *Matth. 13. f*

**I**n illo tẽpore: Dixit Jesus discipulis  
 suis parabolam hanc: Simile est regnum  
 cœ-

coelorum thesauro abscondito in agro: quem qui invenit homo, abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit universa, quæ habet, & emit agrum illum. Iterum simile est regnum coelorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas: inventa autem una pretiosa margarita, abiit, & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam. Iterum simile est regnum coelorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti. Quam cum impléta esset, educentes, & secus littus sedentes, elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione sæculi: exhibunt Angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus, & stridor dentium: Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei: Etiam. Ait illis: Ideo omnis scriba doctus in regno coelorum, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo nova & vetera. **Credo.**

**Et dicitur per totam Octavam, etiam in Festis infra eam occurrentibus.**

**Offertorium. ibid.** Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te Deus in æternum, & in sæculum sæculi. **Secreta.**

**A**ccēpta tibi sit, Dōmine, sacratæ plebis oblatio pro tuorum honore Sanctorum, quorum se meritis de tribulatione percepisse cognoscit auxilium. Per Dñm.

**Communio. ibid.** Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. **Postcommunio.**

**S**atiasti, Dōmine, familiam tuam muneribus sacris: ejus, quæsumus, semper interventione nos refove, cujus solemnia celebramus. Per Dōminum.

## FESTA MARTII.

Die vi. Martii.

**IN FESTO B. COLETÆ  
Virg. Ord. S. Claræ. Introitus. Psal. 44.**



Ultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis: adducuntur Regi virgines post eam: proximæ ejus adducuntur tibi in lætitia, & exultatione. **Psal. ibid.** Eructavit cor

meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi. **ψ.** Glória Patri, &c. **Oratio.**

**D**omine Jesu Christe, qui beatam Colētam sponsam tuam innúmeris dōtibus decorasti: tribue, quæsumus; ut quo Spiritu Seraphicam Regulam pristinae puritati restituit, eodem intus reformari mereamur. Qui vivis & regnas in unitate ejusdem Spiritus.

**In Quadrag. fit commem. Fer. occur.**

**L**ectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios. **1. Cor. 7. c**

**F**ratres, De virginibus præceptum Dōmini non habeo: consilium autem do, tamquam misericordiam consecutus à Dōmino, ut sim fidelis. Existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. Alligatus es uxori? noli quærere solutionem. Solutus es ab uxore? noli quærere uxorem. Si autem accēperis uxorem, non peccasti. Et si nūpserit virgo, non peccavit. Tribulationem tamen carnis habebunt hujusmodi. Ego autem vobis parco: Hoc itaque dico, fratres: Tempus breve est: reliquum est, ut & qui habent uxores, tamquam non habentes sint: & qui flent, tamquam non flentes: & qui gaudent, tamquam non gaudentes: & qui emunt, tamquam non possidentes: & qui utuntur hoc mundo, tamquam non utantur: præterit enim figura hujus mundi. Volo autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est, sollicitus est, quæ Dōmini sunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum uxore est, sollicitus est, quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, & divisus est. Et mulier innupta, & virgo cogitat quæ Dōmini sunt; ut sit sancta corpore, & spiritu: in Christo Jesu Dōmino nostro.

**Graduale. Psal. 44.** Concupivit Rex decorem tuum, quoniam ipse est Dōminus Deus tuus. **ψ.** Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam.

**Tract.** Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: quia concupivit Rex speciem tuam.

**ψ.** Vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis: filia regum in honore tuo.

**ψ.** Adducuntur Regi virgines post eam: proximæ ejus afferentur tibi.

**ψ.** Affe-

**V.** Afferentur in lætitia, & exultatione : adducentur in templum Regis.



Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. **Matth. 25.**

**I**N illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc : Simile erit regnum cœlorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas, exierunt obviam sponso, & sponsæ : Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes : sed quinque fatuæ, acceptis lampadibus, non sumpsérunt oleum secum : prudentes verò acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Moram autem faciente sponso, dormitaverunt omnes, & dormierunt. Média autem nocte clamor factus est : Ecce sponsus venit, exite obviam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & ornavérunt lampades suas. Fatuæ autem sapientibus dixerunt : Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur. Respondérunt prudentes, dicentes : Ne fortè non sufficiat nobis, & vobis, ite potiùs ad vendentes, & emite vobis. Dum autem irent emere, venit sponsus : & quæ paratæ erant, intraverunt cum eo ad nuptias, & clausa est janua. Novissimè verò veniunt, & reliquæ virgines, dicentes : Domine, Domine, aperi nobis. At ille respondens, ait : Amen dico vobis, nescio vos. Vigilâte itaque, quia nescitis diem, neque horam. **Et non dicitur Credo.**

**Offertorium. Psal. 44.** Afferentur Regi virgines post eam : proximæ ejus afferentur tibi in lætitia & exultatione, adducentur in templum Regi Domino. **Secreta.**

**A**ccèpta tibi sit, Domine, sacratæ plebis oblatio pro tuorum honore sanctorum : quorum se méritis de tribulatione percepisse cognoscit auxilium. Per Dñm.

**Comm. Matth. 13.** Simile est regnum cœlorum homini negotiâtori, querenti bonas margaritas : inventa autem una pretiosa margarita, dedit omnia sua, & cõparavit eam. **Postc.**

**S**atiasti, Domine, familiam tuam munèribus sacris : ejus quæsumus, semper interventione nos réfove, cujus solèmnia celebrâmus. Per Dominum.

Die viii. Martii.

**I N F E S T O S. R O S Æ**

virginis Viterbiensis, Tertii Ordinis.

**Missâ. Dilexisti justitiam. de Comuni**

**Virg. præter Orationem. Oratio.**

**D**Eus, qui beatam Rosam sanctarum tuarum Virginum collegio aggregare dignatus es : tribue nobis, quæsumus, ut ejus precibus & méritis à culpis omnibus expiémur, & tuæ Majestatis consortio perfruámur æterno. Per Dominum.

**In Quadr. fit comm. Feriæ. Sine Credo.**

Die ix. Martii.

**I N F E S T O S. C A T H A R I N Æ**

de Bononia virg. Clarissæ. **Introit. Psal. 44.**



Ultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis : adducentur Regi virgines post eam : proximæ ejus adducentur tibi in lætitia, & exultatione. **Psal. ibid. Eructavit cor**

meum verbum bonum : dico ego opera mea Regi. **V. Gloria Patri, &c. Oratio.**

**C**oncède nos famulos tuos, Deus, beatæ Catharinæ virginis suffragiis adjuvâri, cujus odore unguentorum trahimur ad tua sancta lætantes. Per Dominum.

**Deinde fit commemoratio Feriæ.**

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios. 1. Cor. 7. c.**

**F**Ratres, De virginibus præceptum Domini non habeo : consilium autem do, tamquam misericordiam consecutus à Domino, ut sim fidelis. Existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. Alligatus es uxori ? noli quærere solutionem. Solutus es ab uxore ? noli quærere uxorem. Si autem accèperis uxorem, non peccasti. Et si nupsérît virgo, non peccavit. Tribulationem tamen carnis habebunt hujusmodi. Ego autem vobis parco : Hoc itaque dico, fratres : Tempus breve est : reliquum est, ut & qui habent uxores, tamquam non habentes sint : & qui flent, tamquam non flentes : & qui gaudent, tamquam non gaudentes : & qui emunt, tamquam non possidentes : & qui utuntur hoc mundo, tamquam non

non

non utantur: præterit enim figura hujus mundi. Volo autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est, sollicitus est, quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum uxore est, sollicitus est, quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, & divisus est. Et mulier innupta, & virgo, cogitat quæ Domini sunt; ut sit sancta corpore, & spiritu: in Christo Jesu Domino nostro.

**Graduale. Psal. 44.** Concupivit Rex decorem tuum, quoniam ipse est Dominus Deus tuus. *V.* Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam.

**Tractus.** Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: quia concupivit Rex speciem tuam. *V.* Vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis: filia regum in honore tuo. *V.* Adducuntur Regi virgines post eam: proxima ejus afferentur tibi. *V.* Afferentur in lætitia & exultatione: adducuntur in templum Regis.

**Tempore Paschali omittitur Graduale & ejus loco dicitur Alleluya, alleluya.**

*V.* Hæc est virgo sapiens, & una de numero prudentum. Alleluya.

*V. Sap. 4.* O quam pulchra est casta generatio cum claritate! Alleluya.



Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. **Matth. 25.**

**I**N illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Simile erit regnum cælorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas, exierunt obviam sponso, & sponsæ: Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes: sed quinque fatuæ, acceptis lampadibus, non sumpsérunt oleum secum: prudentes verò accepérunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Moram autem faciente sponso, dormitavérunt omnes, & dormierunt. Média autem nocte clamor factus est: Ecce sponus venit, exite obviam ei. Tunc surrexérunt omnes virgines illæ, & ornavérunt lampades suas. Fatuæ autem sapientibus dixerunt: Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur. Respondérunt prudentes, dicentes: Ne forte non sufficiat

nobis & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis. Dum autem irent emere, venit sponus: & quæ paratæ erant, intravérunt cum eo ad nuptias, & clausa est janua. Novissimè verò veniunt & reliquæ virgines, dicentes: Domine, Domine, aperi nobis. At ille respondens, ait: Amen dico vobis, nescio vos. Vigilate itaque, quia nescitis diem, neque horam.

**Et dicitur Credo.**

**Offertorium. Psal. 44.** Afferentur Regi virgines post eam: proxima ejus afferentur tibi in lætitia & exultatione, adducuntur in templum Regi Domino. **Secreta.**

**I**llo nos igne in hoc sacrificio offerendo, fac, quæsumus, Domine, vehementer incendi, quo beata Catharina virgo seipsam tibi offerébat, jûgiter famulari. Per Dñm.

**Communio. Matth. 13.** Simile est regnum cælorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas: inventa autem una pretiosa margarita, dedit omnia sua, & comparavit eam. **Postcommunio.**

**M**ajestatem tuam Domine suppliciter exoramus: ut sicut beatæ Catharinæ virginis corpus incorruptum servasti; ita nos facias per hæc sancta, quæ sumpsimus, ab omni culpæ labe servari. Per Dominum.

Die xiv. Martii.

**IN FESTO TRANSLATIONIS S. Bonaventuræ Episcopi & Confess. & Ecclesiæ Doctoris. Missa ut in die Natalis ejusdem. Et fit commemor. Feriæ. Non dicitur Credo.**

Die xviii. Martii.

**IN FESTO B. SALVATORIS ab Horta Conf. Primi Ord. Missa. Justus ut palma. de Communi Confess. non Pontificis secundo loco. Et fit commem. Feriæ. Sine Credo.**

Die xxii. Martii.

**IN FESTO S. BENVENUTI Episcopi & Conf. Primi Ordinis, Missa. Sacerdotes. de Communi Conf. Pont. ii. loco. Fit comm. Fer. Non dicitur Credo.**

Die

Die xxv. Martii.

## IN FESTO S. ARCHANGELI

Gabrielis. Introitus. Psalm. 67.



Rævenérunt principes conjuncti psallentibus in medio juvenularum tympanistrarum. **Psalm. ibid.** Exurgat Deus, & dissipentur inimici ejus: & fugiant qui

oderunt eum, à facie ejus.

**V.** Glória Patri, & Filio. **Oratio.**

**D**eus, qui per Archangelum tuum Gabrielem Salvatorem mundi sacratissimæ Virgini concipiendum nuntiasti: da, eundem & mente pura concipiamus, & fervido imitemur affectu. Per eundem Dominum nostrum.

**Et fit commemoratio Feriæ.**

**L**ectio libri Apocalypsis beati Joannis Apóstoli. **Apoc. II.**

**E**t septimus Angelus tuba cecinit, & factæ sunt voces magnæ in cælo dicentes: Factum est regnum hujus mundi, Domini nostri, & Christi ejus, & regnabit in sæcula sæculorum: Amen. Et vigintiquatuor seniores, qui in conspectu Dei sedent in sedibus suis, ceciderunt in facies suas, & adoraverunt Deum, dicentes: Grátias ágimus tibi, Domine Deus omnipotens, qui es, & qui eras, & qui venturus es: quia accepisti virtutem tuam magnam, & regnasti. Et apertum est templum Dei in cælo: & visa est arca testamenti ejus in templo ejus. Et signum magnum apparuit in cælo: Mulier amicta sole, & luna sub pedibus ejus, & in capite ejus corona stellarum duodecim: & in útero habens, clamabat parturiens, & cruciabat, ut pariat. Et peperit filium masculinum, qui recturus erat omnes Gentes in virga ferrea.

**Graduale. Psalmus 23.** Attollite portas, principes, vestras, & elevamini portæ æternales: & introibit Rex glóriæ.

**V.** Quis est iste Rex glóriæ? Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio.

**Tractus. Dan. 10.** Ecce vir unus Gabriel vestitus lineis, & renes ejus accincti auro obrizo. **V.** Et corpus ejus quasi chrysolithus,

thus, & facies ejus velut species fulguris.

**V.** Et oculi ejus ut lampas ardens; & brachia ejus, & quæ deorsum sunt usque ad pedes, quasi species æris candentis.

**V.** Et vox sermonum ejus quasi vox multitudinis.

**Tempore Paschali.** Allelúja, allelúja.

**V. Luc. 1.** Missus est Angelus Gabriel ad Mariam virginem desponsatam Joseph. Allelúja. **V. Dan. 9.** Ecce vir unus Gabriel, quem videram à principio, citò volans tetigit me, & docuit me. Allelúja.



**S**equentia sancti Evangelii secundum Lucam. **Lucæ 1.**

**I**n illo tempore: Missus est Angelus Gabriel à Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, & nomen virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eam, dixit: Ave grátia plena: Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus. Quæ, cum audisset, turbata est in sermone ejus, & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria: invenisti enim grátiam apud Deum: ecce concipies in útero, & paries filium, & vocabis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus sedem David patris ejus: & regnabit in domo Jacob in ætèrnum, & regni ejus non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus, dixit ei: Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua & ipsa concepit filium in senectute sua: & hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.

**Et dicitur Credo.**

**Offertorium. Psalm. 102.** Benedicite Dominum omnes Angeli ejus: potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum ejus.

## Secreta.

**E**Xaudi Dómine preces nostras, quas per Archángelum tuum Gabriélem mittimus præsentándas, quibus suppliciter exorámus: ut & hanc hóstiam salutárem, & per eam nos tibi sacrátos in odórem suavitátis suscipias. Per Dóminum.

**Communio. Dan. 10.** Ecce Michael unus de princípibus primis venit in adiutorium meum.

## Postcommunio.

**R**oborent nos, quæsumus, Dómine, sacra, quæ sumpsimus: & favénte Archángelo tuo Gabriéle, in ópere effícaces, & in tuo amóre fervidi inveniámur. Per.

Die xxx. Martii.

**IN FESTO BEATÆ ANGELÆ**

**Fulginatis Viduæ, Tertii Ordinis, Missa.**

**Cognóvi. de Communi nec virg. nec martyris. Et non dicitur Credo.**

## FESTA APRILIS.

Die iii. Aprilis.

**IN FESTO BEATI BENEDICTI**

**à S. Philadelpho Conf. Primi Ord. Missa.**

**Iustus ut palma. de Communi Conf. non Pont. ii. loco præter Orationem. Oratio.**

**D**eus, qui Beátum Benedictum Confessórem tuum Cœlestibus donis locupletásti, eúmque in Ecclesiá tua signis, & virtútibus, clarére fecísti: præsta quæsumus; ut ejus méritis, & précibus tua beneficia capiámus. Per Dóminum.

Sine Credo.

Die xv. Aprilis.

**IN FESTO BEATI LUCII**

**seu Luchessii Conf. Tertii Ordinis, Missa.**

**Iustus ut palma. de Communi Confess. non Pontif. secundo loco. Sine Credo.**

Die xvi. Aprilis.

**IN FESTO S. RAPHAELIS**

**Archangeli. Introitus. Psal. 102.**



**B**enedícite Dóminum omnes Angeli ejus, poténtes virtúte, qui fácitis verbum ejus, ad audiéndam vocem fermónum ejus, allelúja, allelúja. **Psal. ibid. B**enedic

ánima mea Dómino: & ómnia quæ intra me sunt, nómini sancto ejus.

**V. Glória Patri, &c.**

**Oratio.**

**D**eus, qui beátum Raphaélem Archángelum Tobíæ fámulo tuo cómitem dedísti in via: concéde nobis fámulis tuis; ut ejúsdem semper protegámur custodia, & muniámur auxilio. Per Dóminum.

**Léctio libri Tobíæ.**

**Cap. 12.**

**I**ndiébuis illis: Dixit Angelus Ráphael ad Tobíam: Etenim sacraméntum regis abscondere bonum est: ópera autem Dei reveláre & confitéri honoríficum est. Bona est orátio cum jejúnio, & eleemósyna magis quàm thesáuros auri recóndere: quóniam eleemósyna à morte liberat, & ipsa est, quæ purgat peccáta, & facit invenire misericórdiam & vitam ætérnam. Qui autem faciunt peccátum & iniquitatem, hostes sunt ánimæ suæ. Manifesto ergo vobis veritatem, & non abscondam à vobis occúltum fermónem. Quando orábas cum lácrymis, & sepeliébas mórtuos, & derelinquébas prándium tuum, & mórtuos abscondébas per diem in domo tua, & nocte sepeliébas eos, ego obtuli orationem tuam Dómino. Et quia accéptus eras Deo, necesse fuit ut tentátio probáret te; Et nunc misit me Dóminus ut curárem te, & Saram uxórem filii tui à dæmónio liberárem. Ego enim sum Ráphael Angelus, unus ex septem, qui astámus ante Dóminum.

**Tempore Paschali, Allelúja, allelúja.**

**V. Psal. 102.** Benedic ánima mea Dóminum, & ómnia interióra mea nomen sanctum ejus. Allelúja. **V. Tob. 5.** Missus est Angelus Dómini sanctus Ráphael à Deo ad Tobíam, & salutávit eum, & dixit: Gáudium sit tibi semper. Allelúja.

**Graduale. Tob. 8.** Angelus Dómini Ráphael apprehéndit, & ligávit dæmonem.

**V. Psal. 144.** Magnus Dóminus noster, & magna virtus ejus, Allelúja, allel. **Pl. 137.** In conspéctu Angelórum psallam tibi: adorábo ad templum sanctum tuum, & confitébor nómini tuo Domine. Allelúja.

**Post Septuages. omitto Allelúja. & Versu sequenti, dicitur Tract. Pl. 148. L**audáte Dó-

Dóminum omnes Angeli ejus : laudate eum omnes Virtútes ejus. *v. Psal. 102.* Benedicite Dómino omnes Virtútes ejus : ministri ejus, qui fácitis voluntátem ejus.



Sequéntia sancti Evangélii secúndum Joánnem. *Joan. 5.*

**I**N illo tēpore : Erat dies festus Judeórum, & ascéndit Jesus Jerosólymam. Est autem Jerosólymis Probática piscina, quæ cognominátur hebraicè Bethsáida, quinque pórticus habens. In his jacébat multitúdo magna languéntium, cœcórurum, claudórum, aridórum expectántium aquæ motum. Angelus autem Dómini descendébat secúndum tēpus in piscinam, & movebátur aqua, & qui prior descendisset in piscinam post motiónem aquæ, sanus fiebat à quacúmque detinebátur infirmitate. *Dicitur Credo.*

*Offertorium. Apoc. 8.* Stetit Angelus juxta aram templi, habens thuribulum áureum in manu sua : & data sunt ei incénsa multa : & ascéndit fumus arómatum in conspéctu Dei, allelúja.

*Secreta.*

**H**ostias tibi, Dómine, laudis offerimus, suppliciter deprecántes : ut eásdem, Angélico pro nobis interveniēte suffrágio, & placátus accípias, & ad salutem nostram provenire concédas. Per Dóminum nostrum.

*Communio. Dan. 3.* Benedicite omnes Angeli Dómini Dóminum : hymnum dicite, & superexaltate eum in sæcula, allelúja. *Postcommunio.*

**D**irigere dignare, Dómine Deus, in adiutoriū nostrum sanctum Raphaélem Archángelum : & quem tuæ Majestati semper assistere crédimus, tibi nostras exiguas preces benedicédas assígnet. Per Dóminum nostrum.

*Die xxviii. Aprilis.*

**I**N FESTO TRANSLATIONIS *S. Elisabeth Viduæ, Hungariæ Reginae, Tertii Ordinis, Missa. C*ognóvi. *ut in ejus Festo die xix. Novembris. Et non dicitur Credo.*

*Die xxiv. Aprilis.*

**I**N FESTO BEATI FIDELIS *A Sigmaringa Martyris, Ordinis Capuccinorum, Missa. P*rotexisti. *ut in Communi unius Martyris temporis Paschalis primo loco, præter Orationem sequentem.*

*Oratio.*

**D**eus, qui beátum Fidélem, Seráphico spíritus ardóre succénsurum, in veræ fidei propagatióne Martyrii palma, & gloriósis miráculis decoráre dignátus es : ejus, quæsumus, méritis, & intercessióne ita nos, per grátiam tuam in fide, & charitate confirma, ut in servitio tuo fideles usque ad mortem inveniri mereámur. Per Dóminum.

*Non dicitur Credo.*

*Die xxvii. Aprilis.*

**I**n Translatione sancti Paschalis *Baylon Confess. Missa ut in Natali ejusdem, excepta prima Oratione.*

*Oratio.*

**D**eus, qui beátum Paschálem, inter cetera grátia tuæ dona singuláriter erga sacratissimi Córporis, & Sanguinis tui mystéria dilectiône decorásti : tribue, quæsumus ; ut qui ejus Translatiōnis memóriam piis affectibus celebrámus, ipsius apud te patrociniis adjuvemur. Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

*Sine Credo.*

*Die xxviii. Aprilis.*

**I**N FESTO TRANSLATIONIS *S. Petri de Alcantara Confess. Missa dicitur, ut in die Natalis ejusdem, die xix. Octobris, excepta prima Oratione.*

*Oratio.*

**D**eus, qui animam beáti Petri Confessóris tui charísmatum donis, & corpus crucis mortificatióne decorásti : concéde precibus nostris ; ut qui ejus recólimus Translatiōnis memóriam, virtutum quoque imitemur exéempla. Per Dóminum nostrum.

*Et fit commem. sancti Vitalis martyris. Non dicitur Credo.*

## FESTA MAJI.

Die xiii. Maji.

## IN FESTO B. PETRI REGALADO

Confess. Primi Ordinis, Missa. Os justi. de Communi Conf. non Pont. i. loco, præter Orationem propriam. Oratio.

**D**Eus, qui dilectum famulum tuum Petrum carne mortificatum ad delicias gloriæ tuæ assumere dignatus es: concede propitius; ut ad delectationes, quæ in dextera tua sunt usque in finem, méritis ejus & intercessiōne pervenire valeamus. Per Dóminum.

Et non dicitur Credo.

Die xvii. Maji.

## IN FESTO S. PASCHALIS

Baylon Confessoris, Primi Ordinis.

Introitus. Eccl. 47.

**I**N omni opere dedit confessionem sancto, & excelsio in verbo gloriæ. De omni corde suo laudavit Dóminum, & dilexit Deum, qui fecit illum, allelúja, allelúja. Psal. 102. Benedic anima mea Dómino: & omnia quæ intra me sunt, nómini sancto ejus. V. Glória Patri, &c.

Oratio.

**D**Eus, qui beatum Paschalem Confessorem tuum mirifica erga Corporis & Sanguinis tui sacra mystéria dilectiōne decorasti: concede propitius; ut quam ille ex hoc divino convivio spiritus percipit pinguedinem, eamdem & nos percipere mereamur. Qui vivis & regnas.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apóstoli ad Corinthios. I. Cor. I.

**F**Ratres, Videte vocationem vestram; quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: sed quæ stulta sunt mundi, elegit Deus, ut confundat sapientes: & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia; & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt, destrueret: ut non gloriétur omnis caro in conspectu ejus. Ex ipso autem vos estis in

Christo Jesu: qui factus est nobis sapiéntia à Deo, & justitia, & sanctificatio, & redemptio: ut quemadmodum scriptum est: Qui gloriétur, in Dómino gloriétur.

Tempore Paschali, Allelúja, allelúja. V. Osee 14. Justus germinabit sicut lili-um: & florébit in ætérnum ante Dóminum. Allelúja. V. Eccl. 45. Amavit eum Dóminus, & ornávit eum: stolam gloriæ induit eum, & ad portas paradísi coronávit eum. Allelúja.

Extra tempus Paschale, Graduale. Psal. 20. Dómine prævenisti eum in benedictiōnibus dulcedinis: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.

V. Vitam petiit à te, & tribuisti ei longitúdinem diérum in sæculum sæculi.

Allelúja, allelúja.

V. Jacobi 1. Beatus vir, qui suffert tentationem: quóniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. Allelúja.

Post Septuagesimam, omisso Allelúja, & Versu sequenti, dicitur Tractus.

Psal. 111. Beatus vir, qui timet Dóminum: in mandatis ejus cupit nimis.

V. Potens in terra erit semen ejus: generatio rectorum benedicetur. V. Glória & divitiæ in domo ejus: & justitia ejus manet in sæculum sæculi.



Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. Matth. 11. d

**I**N illo tempore respondens Jesus, dixit: Confiteor tibi Pater, Dómine cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapiéntibus & prudentibus, & revelasti ea parvulis. Ita Pater: quóniam sic fuit placitum ante te. Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Et nemo novit Filium, nisi Pater: neque Patrem quis novit, nisi Filius, & cui voluerit Filius revelare, Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite jugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde: & inveniétis requiem animabus vestris. Jugum enim meum suave est, & onus meum leve. Credo.

Et dicitur per totam Octavam etiam in Festis infra eam occurrentibus.

Offer-

**Offertorium. Psal. 88.** Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu ejus, allelúja.

**Secreta.**

**A**ccépta sit tibi, Dómine, hæc hostia placationis, & laudis: & præsta, ut qui tuum júgiter imploramus auxilium, beati Paschalis intercessióne, quod fideliter pétimus, efficaciter consequamur. Per Dóminum nostrum.

**Communio. Matth. 11.** Tollite jugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum & húmilis corde: & inveniétis réquiem animabus vestris, allelúja. **Postc.**

**C**orporis tui sacri & pretiosi Sanguinis repleti libamine, quæsumus Dómine Deus noster: ut intercedente beato Paschale Confessore tuo, celéstis beatitudinis tribuas nos esse consórtes. Qui vivis & regnas.

*Die xviii. Maji.*

**IN FESTO TRANSLATIONIS sancti Bernardini Senensis Confessoris, Missa ut in ejusdem Natali. Fit commem. Octavæ S. Paschalis Baylon. Et dicitur Credo.**

*Die xix. Maji.*

**IN FESTO S. IVONIS Tertii Ordinis Confessoris.**

**Introitus. Psal. 91.**



Iustus ut palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur: plantatus in domo Dómini, in atriiis domus Dei nostri. **Psal. ibid.** Bonum est confiteri Dómino: & psállere nómini tuo, Altissime.

**V. Glória Patri, &c. Oratio.**

**D**eus, qui beatum Ivonem Confessorem tuum, piis operibus, signis & virtutibus in Ecclesia tua clarere fecisti, præsta quæsumus; ut ejus méritis & precibus tua beneficia capiamus. Per Dñm.

**Pro commem. Oct. S. Paschalis. Oratio.**

**D**eus, qui beatum Paschalem, **ut supra.**

**Pro sancta Pudentiana. Oratio.**

**E**xáudi nos Deus salutáris noster: ut sicut de beatæ Pudentiænæ virginis tuæ

festivitate gaudemus, ita piæ devotiónis erudiamur affectu. Per Dóminum.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apóstoli ad Corinthios. 1. Cor. 4. b**

**F**ratres, Spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus. Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo: nos infirmi, vos autem fortes: vos nobiles, nos autem ignobiles. Usque in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & instabiles sumus, & laboramus operantes manibus nostris: maledicimur, & benedicimus: persecutiónem patimur, & sustinemus: blasphemamur, & obsecramus: tanquam purgamenta hujus mundi facti sumus, omnium perisema usque adhuc. Non ut confundam vos, hæc scribo, sed ut filios meos charissimos moneo: in Christo Jesu Dómino nostro.

**Graduale. Psal. 36.** Os justi meditabitur sapiéntiam, & lingua ejus loquetur iudicium. **V.** Lex Dei ejus in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus ejus.

**Allelúja, allelúja.**

**V. Ps. 111.** Beatus vir, qui timet Dóminum: in mandatis ejus cupit nimis. **Allelúja.**

**Tempore Paschali, Allelúja, allelúja.**

**V. Jac. 1.** Beatus vir, qui timet Dóminum: in mandatis ejus cupit nimis. **Allelúja.**

**V. Osee 14.** Justus germinabit sicut liliolum, & florebit in ætérnum ante Dóminum. **Allelúja.**

**Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. Lucæ 12. c**

**I**n illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, & vos similes hominibus expectantibus dóminum suum quando revertatur à nuptiis, ut cum venerit, & pulsaverit, confestim apérian ei. Beati servi illi, quos, cum venerit dóminus, invenerit vigilantes: amen dico vobis, quod præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Et si venerit in secúnda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita invenerit, beati sunt servi illi. Hoc autem scitote, quoniam

niam si sciret paterfamilias; qua hora fur veniret, vigilaret utique, & non sineret perfodi domum suam. Et vos estote parati, quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet. **Non dicitur Credo.**

**Offertorium. Psal. 20.** In virtute tua Domine lætabitur justus, & super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium animæ ejus tribuisti ei. **Secreta.**

**P**raesta nobis, quæsumus, omnipotens Deus: ut nostræ humilitatis oblatio, & pro tuorum tibi grata sit honore Sanctorum, & nos corpore pariter & mente purificet. Per Dominum.

**Pro commem. Octavæ sancti Paschalis, Secreta.** Accēpta sit tibi. **ut supra.**

**Pro S. Pudentiana. Secreta.**

**A**ccēpta sit tibi, Domine, sacratæ plebis oblatio pro tuorum honore sanctorum: quorum se meritis de tribulatione percepisse cognoscit auxilium. Per Dominum.

**Communio. Matth. 19.** Amen dico vobis, quod vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me, centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis. **Postcommunio.**

**Q**uæsumus, omnipotens Deus: ut qui cœlestia alimenta percipimus, intercedente beato Ivone Confessore tuo, per hæc contra omnia adversa muniamur. Per Dominum nostrum.

**Pro sancto Paschale, Postcommunio.** Corporis tui sacri. **ut supra.**

**Pro sancta Pudentiana, Postcommunio.**

**S**atiasti, Domine, familiam tuam munieribus sacris: ejus, quæsumus, semper interventione nos refove, cujus solemnities celebramus. Per Dominum.

*Die xx. Maji.*

**IN FESTO S. BERNARDINI  
Senensis, Primi Ordinis, Confessoris.**

**Introitus. Psalm. 36.**



**S** justi meditabitur sapientiam, & lingua ejus loquetur judicium: lex Dei ejus in corde ipsius.

**Psal. 32.** Exultate justi in Domino: rectos decet col-

laudatio. **Ps.** Gloria Patri.

Missa SS. Ord. Min.

**Oratio.**

**D**omine Jesu, qui beato Bernardino Confessori tuo, eximium sancti Nominis tui amorem tribuisti: ejus, quæsumus, meritis & intercessione, spiritum nobis tuæ dilectionis benignus infunde. Qui vis & regnas. in unitate ejusdem Spiritus. **Lectio libri Sapientiae. Eccl. 45.**

**D**ilectus Deo & hominibus, cujus memoria in benedictione est. Similem illum fecit in gloria sanctorum, & magnificavit eum in timore inimicorum, & in verbis suis monstra placavit. Glorificavit illum in conspectu regum, & jussit illi coram populo suo, & ostendit illi gloriam suam. In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum, & elegit eum ex omni carne. Audivit enim eum, & vocem ipsius, & induxit illum in nubem. Et dedit illi coram præcepta, & legem vitæ, & disciplinæ.

**Graduale. Psal. 36.** Os justi meditabitur sapientiam, & lingua ejus loquetur judicium. **Ps.** Lex Dei ejus in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus ejus.

**Allelúja, allelúja. Ps. Osee 14.** Justus germinabit sicut lilium: & florébit in æternum ante Dominum. Allelúja.

**Tempore Paschali omittitur Graduale; & additur sequens Ps. Jac. 1.** Beatus vir, qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. Allel.

**Eo ordine, quo dicitur in Rubrica Sabbati in Albis.**

**Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. Matth. 19.**

**I**n illo tempore: Dixit Petrus ad Jesum: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Jesus autem dixit illis: Amen dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit Filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israel. Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut forores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. **Credo.**

B

Et

Et dicitur per totam Octavam, & in Festis infra eam occurrentibus.

**Offertorium. Psal. 20.** In virtute tua Domine lætabitur justus, & super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium animæ ejus tribuisti ei. **Secreta.**

**P**ræsta nobis, quæsumus, omnipotens Deus: ut nostræ humilitatis oblatio, & pro tuorum tibi grata sit honore Sanctorum, & nos corpore pariter & mente purificet. Per Dominum.

**Communio. Matth. 10.** Amen dico vobis, quod vos, qui reliquistis omnia, & secuti estis me, centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis. **Postcommunio.**

**Q**uæsumus, omnipotens Deus: ut qui cœlestia alimenta percipimus, intercedente beato Bernardino Confessore tuo, per hæc contra omnia adversa muniamur. Per Dominum.

**¶ Infra Octavam S. Bernardini, secunda Oratio de S. Maria, Concède nos. tertia, Ecclesiæ. vel pro Papa. Deus omnium.**

**Et si occurrat Festum Dupl. vel Semidupl. de quo tunc fit, cum commemor. Oct.**

Die xxi. Maji.

**IN FESTO S. FELICIS  
Capuccini Confessoris.**

**Introitus. Reg. 1. cap. 2.**



Dignus pauperem facit, & ditat, humiliat, & subleuat. Suscitavit de pulvere egenum, & de stercore elevat pauperem, ut sedeat cum Principibus, & solium gloriæ teneat, allelûja, allel. **Psal. 68.** Videant pauperes, & lætentur: quærite Deum, & vivet anima vestra: quoniam exaudivit pauperes Dominus. **¶ Gloria Patri. Oratio.**

**D**eus, qui beatum Felicem Confessorem tuum evangelica simplicitate, viteque innocentia in Ecclesia tua clarificare voluisti: fac nos ejus exemplis eruditos, & suffragiis adjutos, ad Christum Jesum, quem ipse in terris inter ulnas accepit, feliciter pervenire. Qui tecum vivit & regnat.

**Et fit commemor. Octav. S. Bernardini, Oratio. Domine Jesu Christe. ut supra.**

**Pro Octava S. Paschalis, Oratio. Deus,** qui beatum Paschalem. ut supra.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Colossenses. Cap. 3.**

**F**ratres, Induite vos, sicut electi Dei Sancti, & dilecti, viscera misericordiae, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes invicem, & donantes vobismetipsis, si quis adversus aliquem habet querelam: sicut & Dominus donavit vobis, ita & vos. Super omnia autem hæc, charitatem habete, quod est vinculum perfectionis: & pax Christi exultet in cordibus vestris, in qua & vocati estis in uno corpore: & grati estote. Verbum Christi habitet in vobis abundanter in omni sapientia, docentes, & commonentes vosmetipsos Psalmis, Hymnis, & Canticis spiritalibus in gratia cantantes in cordibus vestris Deo. Omne quodcumque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini Jesu Christi, gratias agentes Deo, & Patri per ipsum.

**Graduale. Misit de summo, & accepit me, & assumpsit me de aquis multis. Et retribuet mihi Dominus secundum justitiam meam, & secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum ejus. Allelûja, allelûja.**

**¶ Psal. 30.** Benedictus Dominus, quoniam mirificavit misericordiam suam mihi in Civitate munita. Allelûja.

**Tempore Paschali, Allel. allel. Psal. 26.** **U**nam petii à Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ, ut videam voluptatem Domini. Allelûja. **¶ Psal. 67.** Parasti in dulcedine tua pauperi Deus. Allelûja.



**Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. Matth. 11. d**

**I**n illo tempore: Respondens Jesus dixit: Confiteor tibi, Pater Domine Cœli, & Terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & revelasti ea parvulis. Ita Pater, quoniam sic fuit placitum ante te: omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Et nemo novit Filium nisi Pater: Neque Patrem quis novit,

vit, nisi Filius, & cui voluerit Filius revelare. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite jugum meum super vos, & discite a me, quia mitis sum, & humilis corde: & inveniatis requiem animabus vestris. Jugum enim meum suave est, & onus meum leve. **Credo. propter Octavas.**

**Offert. Honestavit illum in laboribus, & complevit labores illius, alleluja. Secreta.**

**A**desto votis nostris, clementissime Deus: ut haec oblatio salutaris, quae in honorem beati Felicis persolvitur, ad delictorum nostrorum veniam impetrandam in odore suavitatis ascendat. Per Dominum.

**Et fit commem. Octav. S. Bernardini, Secreta. Praesta nobis. ut supra.**

**Pro commemor. Octav. S. Paschalis, Secreta. Accepta sit tibi. ut supra.**

**Communio. Dilectus meus mihi, & ego illi. Tenui eum, nec dimittam, alleluja. Postcommunio.**

**E**xuberet, quaesumus, Domine, in cordibus nostris percepti gratia Sacramenti, quae nos beati Felicis Confessoris tui imitatione purificet, atque intercessione communiat. Per Dominum.

**Pro commem. Oct. S. Bernardini, Postcommunio. Quaesumus omnipotens, ut sup.**

**Pro Octava S. Paschalis, Postcommunio. Corporis tui. ut supra.**

*Die xxiv. Maji.*

**¶ Octava S. Paschalis Baylon Confess. Missa ut in die Festo, cum commemor. Oct. S. Bernardini. Et dicitur Credo.**

*Die xxv. Maji.*

**IN FESTO TRANSLATIONIS S. P. N. Francisci, & in Missis votivis.**

**Introitus. Galat. 6.**



**M**ihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. **Psal. 141. Vo-**

**ce mea ad Dominum clamavi: voce mea ad Dominum deprecatus sum. ¶ Gloria Patri.**

**Oratio.**

**D**eus, qui Ecclesiam tuam beati Patris nostri Francisci meritis, foetu novae prolis amplificas; tribue nobis ex ejus imitatione terrena despiciere, & caelestium donorum semper participatione gaudere. Per Dominum.

**Pro commemoratione Octavae sancti Bernardini. Oratio. Domine Jesu, qui beato. ut supra.**

**Pro S. Urbano Papa & martyre. Oratio.**

**D**A, quaesumus, omnipotens Deus: ut, qui beati Urbani martyris tui atque Pontificis solennia colimus; ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per Dominum nostrum.

**Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Galatas. Gal. 6.**

**F**ratres, Mihi autem absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Jesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. In Christo enim Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque praepitium, sed nova creatura. Et quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, & misericordia, & super Israel Dei. De cetero nemo mihi molestus sit: ego enim Stigmata Domini Jesu in corpore meo porto. Gratia Domini nostri Jesu Christi, cum spiritu vestro, fratres, Amen.

**Grad. Psal. 36. Os justi meditabitur sapientiam, & lingua ejus loquetur judicium.**

**¶ Lex Dei ejus in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus ejus. Alleluja, allel.**

**¶ O Patriarcha pauperum Francisce, tuis precibus auge tuorum numerum in charitate Christi: quos cancellatis manibus caecutiens ut moriens Jacob, benedixisti. Allel.**

**Tempore Paschali, in Missis votivis omittitur Graduale & additur sequens**

**¶ Franciscus hic pauper & humilis, coelum dives ingreditur, hymnis caelestibus honoratur. Alleluja.**

**Post Septuagesimam in Missis votivis, Tractus. Psal. 111. Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis ejus cupit nimis.**

**¶ Potens in terra erit semen ejus: generatio rectorum benedicetur.**

**V.** Glória & divitiæ in domo ejus; & justitia ejus manet in sæculum sæculi.

**✿** Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. **Matth. i. d.**

**I**n illo tempore respondens Jesus, dixit: Confiteor tibi Pater, Domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & revelasti ea parvulis. Ita Pater: quoniam sic fuit placitum ante te. Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Et nemo novit Filium, nisi Pater: neque Patrem quis novit, nisi Filius, & cui voluerit Filius revelare. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite jugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde: & inveniatis requiem animabus vestris. Jugum enim meum suave est, & onus meum leve. **Et dicitur Credo.**

**Offertorium. Psal. 88.** Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu ejus. **Secreta.**

**M**unera tibi, Domine, dicata sanctifica: & intercedente beato Patre nostro Francisco, ab omni nos culpæ labe purifica. Per Dominum.

**Pro commem. Octavæ S. Bernardini, Secreta. Præsta nobis, quæsumus. ut supra.**

**Pro S. Urbano Papa & martyre.**

**Secreta.**

**H**æc hostia, Domine, quæsumus, emundet nostra delicta: & ad sacrificium celebrandum, subditorum tibi corpora mentesque sanctificet. Per Dominum.

**Præfatio. Qui venerandum. ut in ejus Festo. Communio. Luc. 12.** Fidelis servus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam: ut det illis in tempore tritici mensuram. **Postcommunio.**

**E**cclésiã tuam, quæsumus, Domine, gratia cœlestis amplifcet: quam beati Patris nostri Francisci illuminare voluisti gloriosis meritis & exemplis. Per Dominum.

**Pro comm. Oct. S. Bernardini, Postcommunio. Quæsumus omnipotens. ut supra.**

**Pro S. Urbano. Postcommunio.**

**R**efecti participatiõne muneris sacri, quæsumus, Domine Deus noster:

ut, cujus exequimur cultum, intercedente beato Urbano martyre tuo atque Pontifice, sentiamus effectum. Per Dominum.

*Die xxvii. Maji.*

**Octava S. Bernardini Senensis Conf. Missa ut in die Festo, cum commemoratione S. Joannis Papæ & mart. Et dicitur Credo.**

*Die xxx. Maji.*

**IN FESTO B. HUMILIANÆ de Cerchis viduæ, Tertii Ordinis, Missa. Cognovi Domine, ut in Comuni pro nec virgine nec martyre, præter Orationem sequentem. Oratio.**

**O**mnipotens sempiternæ Deus, dulcedo cordium, & præmium Beatorum, qui Beatam Humilianam tuo amore succensam suavissima contemplationis dulcedine replevisti: concede propitius; ut ejus meritis, & imitatione tibi jûgiter adherentes, tuæ celsitudinis spæciem contemplari perpétuò mereamur. Per Dominum.

**Deinde fit commem. S. Felicis Papæ & mart. ut in Missali.**

*Die xxxi. Maji.*

**IN FESTO B. JOANNIS de Prado Martyris, Primi Ordinis.**

**Si hoc Festum celebretur tempore Pasch. Missa erit, Protexisti me Deus. de Comuni unius Mart. temp. Paschalis, præter Orationem propriam, ut infra. Sine Credo. Si verò celebretur extra tempus Paschale, Missa erit, Latabitur. de Comuni unius Mart. non Pontif. extra tempus Paschale secundo loco, præter Orationem sequentem, & Evangelium. Oratio.**

**D**eus, qui contra Mahumeticam pravitatem beatum Joannem verbi tui præconem eximium effecisti: concede, ut sicut ipse, pro tuæ Fidei dilatatione martyrii palmam meruit obtinere; sic nos ejus intercessione fidei nostræ præmia consequi mereamur. Per Dominum.

**Et fit comm. S. Petronillæ, ut in Missali. Extra temp. Pasch. Evangel. Si quis vult. de Cõi unius Mart. Pont. ii. loco.**

*Feria secunda Rogationum.*IN FESTO TRANSLATIONIS  
sancti Didaci Confessoris.Introitus. *Eccl. 3.*Umiliavit se omnibus, & coram Deo invenit gratiam: quoniam magna potentia Dei, & ab humilibus honoratur, allelúja, allelúja. *Psal. 102.* Benedic anima mea Dominum: & omnia interiora mea, nomen sanctum ejus.V. Glória Patri. *Oratio.***D**eus, qui per Translationem corporis beati Didaci Confessoris tui, ejus glóriam in terris renovasti: concede propitius; ut ipsius precibus nos spiritu renovati, æterna præmia consequi mereamur in cœlis. Per Dominum nostrum.

Deinde fit commemoratio Feriæ secundæ Rogationum.

Lectio Epistolæ Beati Pauli Apostoli ad Corinthios. *I. Cor. I.***F**ratres, Videte vocationem vestram; quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: sed quæ stulta sunt mundi, elegit Deus, ut confundat sapientes: & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia; & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt, destrueret: ut non gloriatur omnis caro in conspectu ejus. Ex ipso autem vos estis in Christo Jesu: qui factus est nobis sapientia à Deo, & justitia, & sanctificatio, & redemptio: ut quemadmodum scriptum est: Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Et ego cum venissem ad vos, fratres, veni non in sublimitate sermonis, aut sapientiæ, annuntians vobis testimonium Christi. Non enim judicavi me scire aliquid inter vos, nisi Jesum Christum, & hunc crucifixum.

Allelúja, allelúja.

V. *Psal. 91.* Justus ut palma florébit: sicut cedrus Libani multiplicabitur. Allelúja.V. *Osee 14.* Justus germinabit sicut liliolum: & florébit in æternum ante Dominum. Allelúja.

Missæ SS. Ord. Min.

**S**i celebretur extra tempus Paschale: *Graduale. Psal. 20.* Domine prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. V. Vitam petiit à te, & tribuisti ei longitudinem dierum in sæculum sæculi. Allelúja, allelúja.V. *Psal. 91.* Justus ut palma florébit: sicut cedrus Libani multiplicabitur. Allelúja.Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. *Matth. 18.***I**n illo tempore: Accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes: Quis, putas, major est in regno cœlorum? Et advocans Jesus parvulum, statuit eum in medio eorum, & dixit: Amen dico vobis, nisi conversi fueritis, & efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Quicumque ergo humiliaverit se sicut parvulus iste, hic est major in regno cœlorum. Et qui susceperit unum parvulum talem in nomine meo, me suscipit. Qui autem scandalizaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris.

Et non dicitur Credo. nisi celebretur infra Octavam S. Bernardini, vel S. Paschalis, aut Ascensionis Domini.

*Offertor. Gal. 6.* Mihi autem absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Jesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo, allelúja. *Secreta.***H**æc hostia, quæsumus, Domine, quam sancti Didaci Confessoris tui Translatione offerimus: ipso etiam intercedente, & vincula nostræ pravitatis absolvat, & tuæ nobis misericordiæ dona conciliet. Per Dominum nostrum.*Communio. Matth. 11.* Tollite jugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum & humilis corde: & inveniétis requiem animabus vestris, allelúja.*Postcommunio.***D**eus, qui familiam tuam his sacrificiis purgatam, beati Didaci Confessoris tui celebritate lætificas: concede, quæsumus; ut ejus humilitatis & patientiæ imitetur ve-

B 3

sti-

stigia, & ad gaudia perveniat sempiterna.  
Per Dominum nostrum Jesum Christum.

## FESTA JUNII.

Die xii. Junii.

IN FESTO BEATI GUIDI

de Cortona, Primi Ordinis, Confess.

Missa. Os justi. de Communi Confess.  
non Pontificis primo loco.

Et fit commem. SS. Basilidis & sociorum  
martyrum, ut in Missali.

Evang. Nolite timere pusillus grex. de  
eodem Communi ii. loco. Sine Credo.

Die xiii. Junii.

IN FESTO S. ANTONII

de Padua, Primi Ordinis, Confess.

Introitus.

Eccl. 15.



N medio Ecclesie aperuit  
os ejus: & implevit eum  
Dominus spiritu sapientie,  
& intellectus: stolam glorie  
induit eum.

Psal. 91. Bonum est confi-  
teri Domino: & psallere nomini tuo, Al-  
tissime. V. Gloria Patri, &c. Oratio.

Ecclesiam tuam, Deus, beati Anto-  
nii Confessoris tui solemnitas votiva  
laetificet: ut spiritualibus semper muniatur  
auxiliis, & gaudiis perfrui mereatur  
aeternis. Per Dominum.

Lectio libri Sapientie. Sap. 7.

Oportavi, & datus est mihi sensus: & in-  
vocavi, & venit in me spiritus sapien-  
tie: & praeposui illam regnis & sedibus, &  
divitias nihil esse duxi in comparatione  
illius. Nec comparavi illi lapidem pretio-  
sum: quoniam omne aurum in compara-  
tione illius, arena est exigua, & tamquam  
lutum aestimabitur argentum in conspectu  
illius. Super salutem & speciem dilexi il-  
lam, & proposui pro luce habere illam:  
quoniam inextinguibile est lumen illius.  
Venerunt autem mihi omnia bona pari-  
ter cum illa, & innumerabilis honestas  
per manus illius, & laetatus sum in omni-  
bus: quoniam antecederat me ista sapien-  
tia, & ignorabam quoniam horum om-  
nium mater est. Quam sine fictione didi-

ci, & sine invidia communico, & hone-  
statem illius non abscondo. Infinitus  
enim thesaurus est hominibus: quo qui  
usi sunt, participes facti sunt amicitiae  
Dei propter disciplinae dona commendati.  
Mihi autem dedit Deus dicere ex sen-  
tentia, & praesumere digna horum, quae  
mihi dantur: quoniam ipse sapientiae dux  
est, & sapientium emendator.

Graduale. Psal. 36. Os justi meditabitur  
sapientiam, & lingua ejus loquetur judi-  
cium. V. Lex Dei ejus in corde ipsius:  
& non supplantabuntur gressus ejus.

Alleluja, allel. V. Antoni compar inclyte,  
nostri quondam itineris: tu nobis adhuc  
miseris, in patria jam praedite, te glorio-  
so comite, nos ora frui superis. Alleluja.

Tempore Paschali omittitur Graduale,  
& additur sequens V. Osee 14. Justus ger-  
minabit sicut lilium: & florebit in aeter-  
num ante Dominum. Alleluja.

Post Septuagesimam, Tractus. Psal. 111.  
Beatus vir, qui timet Dominum: in man-  
datis ejus cupit nimis. V. Potens in terra  
erit semen ejus, generatio rectorum bene-  
dicetur. V. Gloria & divitiae in domo ejus:  
& justitia ejus manet in saeculum saeculi.



Sequentia sancti Evangelii secun-  
dum Matthaeum. Matth. 5.

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis  
suis: Vos estis sal terrae. Quod si sal  
evanuerit, in quo salietur: ad nihilum  
valet ultra, nisi ut mittatur foras, & con-  
culcetur ab hominibus. Vos estis lux  
mundi. Non potest civitas abscondi su-  
pra montem posita. Neque accendant lu-  
cernam, & ponunt eam sub modio, sed su-  
per candelabrum, ut luceat omnibus, qui  
in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram  
hominibus, ut videant opera vestra bona,  
& glorificent Patrem vestrum, qui in coe-  
lis est. Nolite putare, quoniam veni sol-  
vere legem, aut Prophetas: non veni sol-  
vere, sed adimplere. Amen quippe dico vo-  
bis, donec transeat coelum, & terra, iota  
unum, aut unus apex non praeteribit a le-  
ge, donec omnia fiant. Qui ergo solverit  
unum de mandatis istis minimis, & do-  
cuerit

cúerit sic homines; minimus vocábitur in regno coelórum: qui autem fécerit, & docúerit, hic magnus vocábitur in regno coelórum. *Credo.*

*Et dicitur per totam Octavam, etiam in Festis infra eam occurrentibus.*

*Offertorium. Psal. 88. V* éritas mea, & misericórdia mea cum ipso: & in nómine meo exaltábitur cornu ejus. *Secreta.*

**P**raesens oblátio fiat, Dómine, pópulo tuo salutáris: pro quo dignátus es Patri tuo te vivéntem hóstiám immolare. Qui cum eódem Patre & Spíritu sancto vivis & regnas Deus, per ómnia saecula saeculórum.

*Communio. Matth. 25. D*ómine quinque talénta tradidísti mihi, ecce ália quinque superlucrátus sum: Euge serve bone & fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constituam, intra in gáudium Dómini tui. *Postcommunio.*

**D**ivinis, Dómine, munéribus satiáti, quæsumus: ut beáti Antónii Confessoris tui méritis gloriósis, salutáris victimæ desiderátum sentiámus effectum. Per Dóminum nostrum.

*Intra Oct. S. Antonii, & in ipso die Oct. fit idem Officium, quod in die: sed infra Oct. post Orationem diei dicitur secunda Oratio de S. Maria, Concède nos. tertia, Ecclesiæ tuæ. vel pro Papa, Deus ómnium fidélium, &c.*

*Similiter quando fit Offic. per Annum, à Pascha usque ad Pentecosten, dicuntur supradictæ Orationes: à Pentec. verousque ad Adv. secunda Oratio. A cunctis. tertia ad libitum, nisi facienda sit comm. alicujus Simplicis, quia tunc tertia erit, A cunctis. quod etiam servatur in Officiis S. Bonaventuræ, S. Claræ, & sacrorum Stigmatum S. P. N. Francisci per Annum.*

*Die xviii. Junii.*

**IN FESTO TRANSLATIONIS S. Elzearii Confess. Missa. O s** justi. ut in die festo xxvii. Septembris, præter Orationem sequentem. *Oratio.*

**D**eus, qui beátum Elzeárium Confessórem tuum, inter cétera virtutum

insígnia; virgináli pudicítia in conjúgio decorásti: concède propítius; ut cujus Translationem célebriter venerámur in terris, ejus beáta consórtia feliciter consequámur in coelis. Per Dóminum.

*Et fit comm. Oct. S. Antonii, ac SS. mart. Marci & Marcelliani. Et dicitur Credo.*

*Die xx. Junii.*

**¶ In Octava S. Antonii de Padua Conf. Missa ut in die Festo, cum comm. S. Silverii Papæ & mart. Et dicitur Credo.**

*Die xxvii. Junii.*

**IN FESTO B. BENVENUTI Primi Ordinis, Confess. Missa. Justus ut palma. de Communi Conf. non Pont. ii. loco: & fit commem. Oct. S. Joannis Baptistæ. Et non dicitur Credo.**

## FESTA JULII.

*Die viii. Julii.*

**IN FESTO S. ELISABETH Viduæ, Reginae Portugalliae, Tertii Ordinis, Missa. Cognóvi. de Communi nec Virg. nec Martyr. excepta prima Oratione. Oratio.**

**C**lementissime Deus, qui beátam Elisabeth Regina, inter céteras egregias dotes, bélicí furóris sedánda prerogativa decorásti: da nobis, ejus intercessióne post mortális vitæ, quam suppliciter pétimus, pacem, ad æterna gáudia pervenire. Per Dóminum. *Et dicitur Credo.*

*Die ix. Julii.*

**IN FESTO BB. MARTYRUM Gorcomiensium Nicolai & sociorum, Primi Ordinis, Missa. Intret in conspectu. de Communi plurimorum Martyrum, præter Orationem. Oratio.**

**D**eus, qui beatórum mátyrum tuórum, Nicolái & sociórum ejus gloriósum pro Fide tua certámen æternitátis láurea decorásti, concède propítius; ut eórum méritis & imitatione, certántes in terris, cum ipsis coronári mereámur in coelis. Per Dóminum.

*Et non dicitur Credo.*

Die xiv. Julii.  
IN FESTO S. BONAVENTURÆ

Episc. & Confess. & Ecclesiæ Doct. Pri-  
mi Ordinis. Introitus. Eccl. 15.



N médio Ecclesiæ aperuit  
os ejus : & implevit eum  
Dóminus spiritu sapiéntiæ,  
& intelléctus : stolam glóriæ  
induit eum.

**Psal. 91.** Bonum est confi-  
téri Dómino : & psállere nómini tuo, Al-  
tíssime. **V.** Glória Patri, &c. **Oratio.**

**D**Eus, qui Ecclesiæ tuæ beátum Bo-  
naventúram Confessórem tuum,  
atque Pontíficem, Doctórem mirábilem  
tribuísti : concéde propítius ; ut apud te  
hunc pium semper intercessórem habére  
mereámur. Per Dóminum.

**L**éctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli  
ad Timótheum. **2. Tim. 4.**

**C**haríssime, Testificor corám Deo, &  
Jesu Christo, qui judicatúrus est vi-  
vos, & mórtuos, per advéntum ipsius,  
& regnum ejus : prædica verbum, insta  
opportúnè, importúnè : argue, óbsecra,  
increpa in omni paciéntia, & doctrína.  
Erit enim tempus, cùm sanam doctrínam  
non sustinébunt, sed ad sua desidéria co-  
cervábunt sibi magístros, pruriéntes áu-  
ribus, & à veritate quidem auditum avér-  
tent, ad fábulas autem converténtur. Tu  
verò vigila, in ómnibus labóra, opus fac  
Evangelistæ, ministérium tuum imple.  
Sóbrius esto. Ego enim jam delíbor, & tem-  
pus resolutionis meæ instat. Bonum certá-  
men certávi, cursum consummávi, fidem  
servávi. In réliquo repósita est mihi coróna  
justitiæ, quam reddet mihi Dóminus in il-  
la die justus judex : non solùm autem mi-  
hi, sed & iis, qui díligunt advéntum ejus.

**Graduale. Psalm. 36.** Os justí meditábi-  
tur sapiéntiam, & lingua ejus loquétur ju-  
dícium. **V.** Lex Dei ejus in corde ipsius :  
& non supplantabúntur gressus ejus.

**A**llelúja, allelúja. **V. Psalm. 109.** Jurávit  
Dóminus, & non pœnitébit eum : Tu es  
sacerdos in ætérnum secúndùm órduem  
Melchisedech. Allelúja.

**Tempore Paschali omittitur Graduale,**

& additur sequens **V. Osee 14.** Justus  
germinábit sicut lílium : & florébit in  
ætérnum ante Dóminum. Allelúja.

**Post Septuagesimam, Tractus. Psal. III.**  
**B**eátus vir, qui timet Dóminum : in man-  
dátis ejus cupit nimis. **V.** Potens in terra  
erit semen ejus : generatio rectórum bene-  
dicétur. **V.** Glória & divitiæ in domo ejus :  
& justítia ejus manet in sæculum sæculi.

**Evangelium. V**os estis sal terræ. ut  
suprà in festo S. Antonii. fol. 22.

**Et dicitur Credo. per totam Octavam,**  
**etiam in Festis infra eam occurrentibus.**  
**Offertorium. Psal. 88.** Inveni David ser-  
vum meum, óleo sancto meo unxi eum :  
manus enim mea auxiliábitur ei, & brá-  
chium meum confortábit eum.

**Secreta.**

**S**ancti Bonaventúre Confessóris tui,  
atque Pontíficis, quæsumus, Dómi-  
ne, ánnua solémnitas pietáti tuæ nos red-  
dat accéptos : ut per hæc piæ placatiónis  
officia, & illum beáta retribútio comité-  
tur : & nobis grátia tuæ dona concíliet.  
Per Dóminum nostrum.

**Communio. Luc. 12.** Fidélis servus, &  
prudens, quem constituit dóminus super  
famíliam suam : ut det illis in témpore trí-  
tici mensúram. **Postcommunio.**

**D**Eus, fidélium remunerátor animárum,  
præsta : ut beáti Bonaventúre Confes-  
sóristui, atque Pontíficis, cujus venerán-  
dam celebrámus festivitátem, précibus in-  
dulgéntiam consequámur. Per Dóminum.

**¶ Infra Oct. S. Bonaventuræ, & in die**  
**Oct. dicitur Missa sicut in die Festi : sed**  
**infra Oct. quando non fit commem. Festi**  
**Simplicis, dicitur secunda Oratio de S.**  
**Maria, Concéde nos. tertia, Ecclesiæ.**  
**vel pro Papa, Deus ómnium.**

Die xviii. Julii.

IN FESTO B. SIMONIS  
de Lypnica Conf. Missa. Justus ut palma.  
de Comuni Conf. non Pont. ii. loco  
præter Orat. propriam. **Oratio.**

**O**mnipotens sempitérne Deus, qui beá-  
tum Simónem Confessórem tuum  
Evangelicæ prædicatiónis grátia sublimásti :  
con-

concede propitius, ut ejus salutaris doctrinæ pábulo nutriti, quæ tibi sunt placita exequentes per semitas justitiæ ad coelstem patriam feliciter pervenire valeamus. Per Dñm.

**Commem. Oct. S. Bonav. ac SS. Symphorosæ, & filiorum ejus mart. ut in Missali. Et dicitur Credo.**

*Die xix. Julii.*

**INFESTO B. JOANNIS DE DUKLA**

**Conf. Missa. Justus ut palma. de Comuni Confess. non Pontif. secundo loco, præter Orat. propriam. Oratio.**

**D**eus, qui beatum Joannem Confessorem tuum eximie humilitatis, & patientiæ donis decorasti: concede propitius; ut ejusdem imitantes exempla, consequamur, & præmia. Per Dominum.

**Commem. Oct. Et dicitur Credo.**

*Die xx. Julii.*

**IN FESTO S. MARGARITÆ**

virg. & mart. **Missa. Me expectaverunt. de Comuni Virg. & Mart. cum commem. Oct. Et dicitur Credo.**

*Die xxi. Julii.*

**Octava S. Bonaventuræ, Missa ut in die; Fit comm. S. Praxedis. Dicitur Credo.**

*Die xxiv. Julii.*

**IN FESTO S. FRANCISCI**

Solani **Conf. Primi Ord. Missa. Os justi. ut in Comuni Conf. non Pontif. & in ea fit comm. Vigil. S. Jacobi Apostoli, & in Missis privatis etiam S. Christinæ virg. & martyris, & dicitur Credo. etiam in festis infra Octavam occurrent.**

Sed si cantentur duæ Missæ Conventuales, in Missa S. Francisci nulla fit commem. & Missa de Vigilia dicitur ut in Missali, sine commem. S. Christinæ.

*Die xxvii. Julii.*

**IN FESTO B. CUNEGUNDIS**

virginis **Clarissæ, Missa. Dilexisti. de Comuni Virg. primo loco. Oratio.**

**D**eus, qui beatam Cunegundem dulcedinis tuæ benedictionibus prævenisti,

ac virginem etiam in conjugio conservasti: præsta quæsumus; ut ipsa intercedente, per vitæ puritatem tibi jûgiter adherere, & per ejus vestigia gradientes, ad te pervenire feliciter mereamur. Per Dominum.

**Commem. Octavæ, & S. Pantaleonis martyris. Et dicitur Credo.**

*Die xxx. Julii.*

**De die infra Octavam S. Francisci Missa, ut in festo, secunda Oratio SS. mart. tertia, Concede.**

*Die xxxi. Julii.*

**Octava S. Francisci, Missa, ut in festo.**

**FESTA AUGUSTI.**

*Die ii. Augusti.*

**IN FESTO CONSECRATIONIS**

Ecclesiæ S. Mariæ Angelorum apud Assisium, **Missa de Comuni Dedicationis Ecclesiæ. Dicitur Credo. & fit commemor. S. Stephani Papæ & mart.**

*Die iv. Augusti.*

**IN FESTO S. P. DOMINICI**

**Confess. Missa. Os justi. ut in Missali. Et dicitur Credo. etiam in Festis infra Oct. occurrentibus.**

*Die xi. Augusti.*

**¶ Octava S. P. Dominici, Missa ut in die festo, cum comm. Oct. S. Laurentii, ac SS. mart. Tiburtii & Susannæ. Et dicitur Credo.**

*Die xii. Augusti.*

**IN FESTO S. CLARÆ**

virg. omnium Clarissarum institutricis.

**Introitus. Psal. 44.**

**V**ultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis: adducuntur Regi virgines post eam: proximæ ejus adducuntur tibi in lætitia, & exultatione. **Psal. ibid. Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi. ¶ Glória Patri. Oratio.**

**F**amulos tuos, quæsumus, Domine, beatæ virginis tuæ Claræ votiva natalitia

litiā recensentes, cœlestium gaudiōrum sua  
fācias interventione participes, & tui Unigē-  
niti cohæredes. Qui tecum vivit, & regnat.

**L**ectio. Epistolæ beati Pauli Apóstoli ad  
Corinthios. **i. Cor. 7.**

**F**Ratres, De Virginibus præceptum  
Dómini non habeo: consilium autem  
do tamquam misericórdiam confecutus à  
Dómino, ut sim fidélis. Existimo ergo  
hoc bonum esse propter instātem neces-  
sitate, quóniam bonum est hómini sic  
esse. Alligatus es uxóri? noli quærere so-  
lutionem. Solutus es ab uxóre? noli quæ-  
rere uxórem. Si autem accéperis uxó-  
rem, non peccasti. Et si nupserit virgo,  
non peccavit. Tribulationem tamen car-  
nis habebunt hujúsmodi. Ego autem vo-  
bis parco. Hoc itaque dico, fratres:  
Tempus breve est: reliquum est, ut &  
qui habent uxóres, tamquam non ha-  
bentes sint: & qui flent, tamquam non flen-  
tes: & qui gaudent, tamquam non gauden-  
tes: & qui emunt, tamquam non possiden-  
tes: & qui utuntur hoc mundo, tamquam  
non utantur: præterit enim figura hujus  
mundi. Volo autem vos sine sollicitudine  
esse. Qui sine uxóre est, solícitus est, quæ  
Dñi sunt, quómodo placeat Deo. Qui au-  
tem cum uxóre est, solícitus est, quæ sunt  
mundi, quómodo placeat uxóri, & divisus  
est. Et mûlier innupta, & virgo cogitat,  
quæ Dómini sunt; ut sit sancta corpore, &  
spiritu: In Christo Jesu Dómino nostro.

**Graduale. Psal. 44.** Concupivit Rex de-  
cōrem tuam, quóniam ipse est Dómi-  
nus Deus tuus. **Ps.** Audi filia, & vide,  
& inclina aurem tuam. **Allelúja**, alle-  
lúja. **Ps.** Hæc est virgo sapiens, & una  
de número prudentum. **Allelúja.**

**Temp. Paschali omittitur Grad. & addi-  
tur sequens Ps. Sap. 4.** O quàm pulchra est  
casta generatio cum claritate! **Allelúja.**

**Post Septuagesimam, Tractus. Psal. 44.**

**A**udi filia, & vide, & inclina aurem tu-  
am: quia concupivit Rex spēciam tuam.

**Ps.** Vultum tuum deprecabuntur omnes  
divites plebis: filiæ regum in honore tuo.

**Ps.** Adducuntur Regi virgines post eam:  
proximæ ejus afferentur tibi.

**Ps.** Afferentur in lætitiā & exultatione  
adducuntur in templum Regis.

**Sequentia sancti Evangelii secun-  
dum Matthæum. Matth. 25.**

**I**N illo tempore: Dixit Jesus discipulis  
suis parabolam hanc: Simile erit re-  
gnum cœlorum decem virginibus, quæ  
accipientes lampades suas, exierunt obviam  
sponso, & sponsæ. Quinque autem ex eis  
erant fatuæ, & quinque prudentes: sed quin-  
que fatuæ, acceptis lampadibus, non sum-  
pserunt oleum secum: prudentes verò ac-  
ceperunt oleum in vasis suis cum lampadi-  
bus. Moram autem faciente sponso, dor-  
mitaverunt omnes, & dormierunt. Media  
autem nocte clamor factus est: Ecce spon-  
sus venit, exite obviam ei. Tunc surrexerunt  
omnes virgines illæ, & ornaverunt  
lampades suas. Fatuæ autem sapiētibibus  
dixerunt: Date nobis de oleo vestro, quia  
lampades nostræ extinguuntur. Respondē-  
runt prudentes, dicentes: Ne fortè non  
sufficiat nobis & vobis, ite potiùs ad ven-  
dentes, & emite vobis. Dum autem irent  
emere, venit sponsus: & quæ paratæ erant,  
intraverunt cum eo ad nuptias, & clausa est  
jānuā. Novissimè verò veniunt & reliquæ  
virgines, dicentes: Dómine, Dómine,  
aperi nobis. At ille respondens, ait: Amen  
dico vobis, nescio vos. Vigilate itaque,  
quia nescitis diem, neque horam. **Crede.**

**Et dicitur per totam Octavam, etiam  
in Festis infra eam occurrentibus.**

**Offert. Psal. 44.** Adducuntur Regi virgi-  
nes post eam: proximæ ejus afferentur  
tibi in lætitiā & exultatione: adducuntur  
in templum Regi Dómino. **Secreta.**

**O**blata tibi, quæsumus, Dómine, do-  
na sanctifica: quæ majestati tuæ  
accepta faciat beatæ virginis tuæ Claræ  
intercessio veneranda. Per Dóminum.

**Communio. Matth. 25.** Quinque prudentes  
virgines acceperunt oleum in vasis suis  
cum lampadibus: media autem nocte cla-  
mor factus est: ecce sponsus venit, exite  
obviam Christo Dómino. **Postcommunio.**

**P**rotegant, quæsumus, Dómine, ple-  
bem tuam, gloriôsæ virginis tuæ Cla-  
ræ

ræ continuata præsidia, & sumpta pro illius glória Corporis tui sacri, & pretiosi Sanguinis sacramenta. Qui vivis & regnas.

Die xvi. Augusti.

**IN FESTO SANCTI ROCHI**  
Confess. Tertii Ordinis, Missa. Os justi.  
de Communi Confess. non Pontificis  
primo loco. Oratio.

**D**Eus, qui beato Rocho, per Angelum tuum tabulam eidem afferentem promisisti, ut qui ipsum invocaverit, à nullo pestis cruciatu læderetur: præsta, quæsumus; ut qui ejus solèmnia celebramus, ipsius mèritis & præcibus à mortifera peste corporis & animæ liberemur. Per Dòminum. Et dicitur Credo.

Deinde fit commemor. trium Octavarum.

Die xviii. Augusti.

**IN FESTO B. CLARÆ**  
de Monte Falco virg. Missa. Dilixisti.  
de Communi Virg. cum comm. Octav.  
& S. Agapiti mart. Et dicitur Credo.

Die xix. Augusti.

**IN FESTO SANCTI LUDOVICI**  
Episcopi & Confess. Primi Ordinis.  
Introitus. Eccl. 45.



Tatuit ei Dòminus testamentum pacis, & principem fecit eum: ut sit illi sacerdotii dignitas in ætèrnum.

**Psal. 131.** Memènto Dòmine David: & omnis mansuetudinis ejus. **Ps.** Glória Patri. Oratio.

**D**Eus, qui Ecclesiã tuam dispositione mirabili novis semper illústras sanctorum splendoribus: tribue, quæsumus; ut qui beati Ludovici Confessoris tui atque Pontificis solèmnis gratulamur, ad ejus consortium feliciter perducamur. Per Dòminum.

Deinde fit commemor. diei Octav. sanctæ Claræ tantum.

Lectio libri Sapientie. Eccl. 44.

**E**Cce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, & inventus est justus: & in tempore iracundie factus est

reconciliatio. Non est inventus similis illi, qui conservavit legem Excelsi. Ideo jurejurando fecit illum Dòminus crescere in plebem suam. Benedictionem omnium gentium dedit illi, & testamentum suum confirmavit super caput ejus. Agnovit eum in benedictionibus suis, conservavit illi misericordiam suam, & invenit gratiam coram oculis Dòmini. Magnificavit eum in conspectu regum, & dedit illi coronam gloriæ. Statuit illi testamentum ætèrnum: & dedit illi sacerdotium magnum, & beatificavit illum in glória. Fungi sacerdotio, & habere laudem in nomine ipsius: & offerre illi incensum dignum in odorem suavitatis.

**Graduale. Eccl. 44.** Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo.

**Ps.** Non est inventus similis illi, qui conservaret legem Excelsi. Allelúja, allelúja.

**Ps.** Rosa vernans charitatis, lilium virginitatis, stella fulgens Ludovicus, vas sanctitatis, ora pro nobis Dòminum. Allelúja.

**Tempore Paschali omittitur Graduale, & additur sequens Ps. 109.** Tu es sacerdos in ætèrnum, secundum ordinem Melchisedech. Allelúja.

**Post Septuagesimam, Tractus. Psal. 111.**

Beatus vir, qui timet Dòminum: in mandatis ejus cupit nimis. **Ps.** Potens in terra erit semen ejus: generatio rectorum benedicetur. **Ps.** Glória & divitiæ in domo ejus: & justitia ejus manet in sæculum sæculi.

**Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. Matth. 24.**

**I**N illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Vigilate, quia nescitis qua hora Dòminus vester venturus sit. Illud autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias, qua hora fur venturus esset, vigilaret utique, & non sineret perfodi domum suam. Ideo & vos estote parati: quia qua nescitis hora, filius hominis venturus est. Quis, putas, est fidelis servus, & prudens, quem constituit dominus suus super familiam suam, ut det illis cibum in tempore? Beatus ille servus, quem, cum venerit dominus ejus, invenerit sic facien-

facientem. Amen dico vobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum. **C**redo.

**Et dicitur per totam Octav. etiam in Festis infra eam occurrentibus.**

**Offertorium. Psal. 88.** Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum. **Secreta.**

**S**acrificia Domine, quae in honorem sancti Ludovici Confessoris tui atque Pontificis, tuae offerimus majestati, nobis sint ad salutem efficaciam, & tuae placita pietati. Per Dominum.

**Communio. Matth. 24.** Beatus servus, quem, cum venerit Dominus, invenerit vigilantem: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum. **Postcommunio.**

**I**mmensam clementiam tuam, omnipotens Deus, suppliciter exoramus: ut intercedente beato Ludovico Confessore tuo atque Pontifice, per haec sancta, quae sumpsimus, cuncta nobis adversantia, te adjuvante, vincamus. Per Dominum.

**¶ Infra Octavam S. Ludovici, Missa dicitur sicut in die Festo, secunda Oratio de S. Maria, Concede nos. tertia, Ecclesiae. vel pro Papa, Deus omnium.**

*Die xxv. vel xxvii. Augusti.*

**IN FESTO S. LUDOVICI**  
**Regis Francorum Conf. Tertii Ordinis,**  
**Missa. Os justii. ut in Missali Romano sub hac die. Et dicitur Credo.**

*Die xxvi. Augusti.*

**¶ Oct. S. Ludovici Episc. & Conf. Missa ut in die Festo, cum commemor. S. Zephyrini Papae & mart. Et dicitur Credo.**

*Die xxx. Augusti.*

**IN FESTO S. HELENÆ**  
**Imperatricis Viduæ. Introitus.**



**M**ihi autem absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Jesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. **Psal. 22.** Virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. **ψ.** Gloria Patri, &c.

**Oratio.**

**D**omine Jesu Christe, qui locum; ubi Crux tua latebat, beatæ Helenæ revelasti, ut per eam Ecclesiam tuam hoc pretioso thesauro ditares; ejus nobis intercessione concede, ut vitalis Ligni pretio, æternæ vitæ præmia consequamur. Qui vivis, & regnas &c.


**Pro commem. SS. Felicis, & Adaucti martyrum, Oratio. Majestatem tuam. ut in Missali.**

**Lectio libri Sapientiae. Prov. cap. 31.**

**M**ulierem fortem quis inveniet? Procul, & de ultimis finibus pretium ejus. Confidit in ea cor viri sui, & spoliis non indigebit. Reddet ei bonum, & non malum omnibus diebus vitæ suæ. Quæsit lanam, & linum, & operata est consilio manuum suarum: Facta est quasi navis institoris de longè portans panem suum. Et de nocte surrexit, deditque prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis. Consideravit agrum, & emit eum: de fructu manuum suarum plantavit vineam. Accinxit fortitudine lumbos suos, & roboravit brachium suum. Gustavit, & vidit quia bona est negotiatio ejus: non extinguetur in nocte lucerna ejus. Manum suam misit ad fortia, & digiti ejus apprehenderunt fufum. Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem. Non timebit domui suæ à frigidibus nivis: omnes enim domestici ejus vestiti sunt duplicibus. Stragulatam vestem fecit sibi: byffus, & purpura indumentum ejus. Nobilis in portis vir ejus, quando sederit cum senatoribus terræ. Sindonem fecit, & vendidit, & cingulum tradidit Chanaanæo. Fortitudo, & decor indumentum ejus, & ridebit in die novissimo. Os suum aperuit sapientiæ: & lex clementiæ in lingua ejus. Consideravit semitas domus suæ, & panem otiosa non comedit. Surrexerunt filii ejus, & beatissimam prædicaverunt: vir ejus & laudavit eam. Multæ filiæ congregaverunt divitias: tu supergressa es universas. Fallax gratia, & vana est pulchritudo: mulier timens Dominum, ipsa laudabitur.

tur. Date ei de fructu manuum suarum: & laudent eam in portis opera ejus.

**Graduale.** Vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis, filiae Regum in honore tuo. **V.** Adducuntur Regi Virgines post eam, proximae ejus afferentur tibi in laetitia, & exultatione: adducuntur in Templum Regis. **Alleluja, alleluja.** **V.** Dispersit, dedit pauperibus, justitia ejus manet in saeculum saeculi. **Alleluja.**

 **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum. Matth. 13.**

**I**N illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum caelorum thesauro abscondito in agro: quem qui invenit homo, abscondit, & praegaudio illius vadit, & vendit universa, quae habet, & emit agrum illum. Iterum simile est regnum caelorum homini negotiatori quaerenti bonas margaritas. Inventa autem una pretiosa margarita, abiit, & vendidit omnia quae habuit, & emit eam. Iterum simile est regnum caelorum sagenae missae in mare, & ex omni genere piscium congreganti. Quam, cum impleta esset, educentes, & secus littus sedentes, elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione saeculi: exhibunt Angeli, & separabunt malos de medio justorum, & mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus, & stridor dentium: Intellexistis haec omnia? Dicunt ei: Etiam. Ait illis: Ideo omnis scriba doctus in regno caelorum, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo nova & vetera.

**Offertorium.** Non enim judicavi me scire aliud, nisi Jesum Christum, & hunc Crucifixum. **Secreta.**

**P**ER haec sacra Mystera concede nobis Domine, ut sicut beatae Helenae misericorditer tribuisti, ut Filium tuum Crucifixum in corde semper gestaret: ita & nos eum in cordibus nostris perpetuo deferamus. Per eundem Dominum nostrum.

**Pro SS. Martyribus Felice, & Adaueto, Secreta, Hostias, Domine. ut in Missali.**

**Communio.** Ascendam in palmam, & apprehendam fructus ejus. **Postcomm.**

**C**oncede nobis, misericors Deus: ut qui salutiferae Crucis tuae fructu in terra fumus recreati, per intercessionem beatae Helenae eodem jugiter perfrui mereamur in Coelis. Qui vivis, & regnas cum Deo Patre. in unitate Spiritus sancti Deus.

**Pro SS. Martyribus Felice, & Adaueto, Postcommunio.** Repleti, Domine, munibus. **ut in Missali.**

## FESTA SEPTEMBRIS.

*Die i. Septembris.*

**I**N FESTO B. ISABELLAE virginis, Secundi Ordinis, Missa. Dilexisti. **ut in Comuni Virginum primo loco, cum commem. S. Aegidii Abbatis, & SS. duodecim Fratrum mart. ut in Missali. Non dicitur Credo.**

*Die iii. Septembris.*

**I**N FESTO BB. JOANNIS de Perusio, & Petri de Saxoferrato martyr. Primi Ordinis. Missa. Intret in conspectu tuo. praeter Orationem sequentem. **Oratio.**

**D**eus, qui nos concedis beatorum martyrum tuorum Joannis & Petri natalitia colere: da nobis in aeterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per Dominum. **Et non dicitur Credo. Reliqua omnia ut in eadem Missa.**

*Die iv. Septembris.*

**I**N FESTO TRANSLATIONIS S. Rosae virg. Viterbiensis, Tertii Ordinis. Missa. Dilexisti. **Oratio propria, ut in ejus Festo die viii. Martii. Et dicitur Credo. etiam per totam Octavam.**

*Die v. Septembris.*

**I**N FESTO S. ROSAE Limanae virg. Missa. Dilexisti. **de Comuni Virginum. Oratio.**

**B**onorum omnium largitor omnipotens Deus, qui beatam Rosam, coelestis gratiae rore praeventam, virginitatis & patientiae

tiéntiæ decóre Indis floréscere voluisti: da nobis fámulis tuis, ut in odórem suavitatís ejus curréntes, Christi bonus odor éffici mereámur. Qui tecum vivit & regnat.

**Et fit commem. Octavæ S. Rosæ Viterbiensis virginis, Oratio.** Deus, qui beatam Rosam. ut suprâ die 8. Martii.

**Et dicitur Credo, propter Octavam.**

**Pro commem. Octav. S. Rosæ Viterbiensis. Secreta.**

**S**uscipe, Dómine, múnera, quæ in beatæ Rosæ virginis tuæ solemnitate deférimus: cujus nos confidimus patrocinio liberári. Per Dóminum.

**Pro commemor. Octav. S. Rosæ Viterbiensis. Postcommunio.**

**A**uxiliéntur nobis, Dómine, sumpta mystéria: & intercedente beata Rosa virgine tua, sempiterna faciant protectione gaudere. Per Dóminum.

*Die xi. Septembris.*

**¶ Octava S. Rosæ, Missa ut in ejus Festo die viii. Martii, cum commem. Oct. Nativitatis B. M. virg. ac SS. martyrum Proti & Hyacinthi. Et dicitur Credo.**

*Die xvii. Septembris.*

**IN FESTO SS. STIGMATUM.**

**Beati Patris Nostri Francisci.**

**Introitus. Gal.6.**



Ihi autem absit gloriári, nisi in cruce Dómini nostri Jesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.

**Psal. 141. Voce mea ad Dóminum clamavi: voce mea ad Dóminum deprecatus sum.**

**¶ Glória Patri. Oratio.**

**D**omine Jesu Christe, qui frigescente mundo, ad inflammándum corda nostra tui amoris igne, in carne beatissimi Patris nostri Francisci passionis tuæ sacra Stigmata renovásti: concéde propítius; ut ejus méritis & précibus crucem júgiter ferámus, & dignos fructus poenitentiae faciámus. Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

**Léctio Epistolæ beati Pauli Apóstoli ad Gálatas. Gal.6.**

**F**Ratres, Mihi autem absit gloriári, nisi in Cruce Dómini nostri Jesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. In Christo enim Jesu neque circumcisio áliquid valet, neque præputium, sed nova creatúra. Et quicumque hanc régulam secúti fuerint, pax super illos, & misericórdia, & super Israel Dei. De cétero nemo mihi moléstus sit: ego enim Stigmata Dómini Jesu in corpore meo porto. Grátia Dómini nostri Jesu Christi, cum spiritu vestro, fratres, Amen. **Graduale. Psalm. 36. Os justí meditabitur sapiéntiam, & lingua ejus loquétur judícium. ¶. Lex Dei ejus in corde ipsius: & non supplantabúntur gressus ejus. Allelúja, allelúja.**

**¶ Gal. 2. Christo confixus sum cruci: vivo autem ego, jam non ego; vivit verò in me Christus. Allelúja.**

**Tempore Paschali omittitur Graduale, & additur sequens ¶. Franciscus hic pauper & húmilis, cœlum dives ingreditur, hymnis cœlestibus honorátur. Allelúja.**

**Post Septuagesimam. Tractus. Psal. 20. Desidérium animæ ejus tribuísti ei: & voluntate labiõrum ejus non fraudásti eum. ¶. Quóniam prævenísti eum in benedictionibus dulcedinis. ¶. Posuísti in capite ejus coronam de lapide pretioso.**



**Sequéntia sancti Evangélii secundum Matthæum. Matth. 16.d**

**I**n illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam. Qui autem perdiderit animam suam propter me, inveniet eam. Quid enim prodest homini, si mundum univèrsum lucrétur, animæ verò suæ detrimentum patiatur. Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Filius enim hominis venturus est in glória Patris sui cum Angelis suis: & tunc reddet unicuique secundum ópera ejus. **Credo.**

**Offer-**

**Offertorium. Psal. 20.** Desiderium animæ ejus tribuisti ei Dómine, & voluntate labiorum ejus non fraudasti eum: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.

**Secreta.**

**A**dsit nobis, quæsumus, Dómine Jesu Christe, beatissimi Patris nostri Francisci pia, humilis, & devota supplicatio: in cujus carne, prerogativa mirabili, passionis tuæ sacra Stigmata renovasti: & præsta, ut virtute præsentis oblationis, tuæ passionis circa nos beneficia júgiter sentiamus. Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

**Præfatio ut in die Natalis ejusdem.**

**Communio. Matth. 16.** Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. **Postcom.**

**D**eus, qui mira crucis mysteria in beato Patre nostro Francisco Confessore tuo multifórmiter demonstrasti: da nobis quæsumus; devotionis suæ semper exempla sectari, & assidua ejusdem crucis meditatione muniri. Per Dóminum.

*Die xxvi. Septembris.*

**IN FESTO B. LUCIÆ**  
virg. Tertii Ordinis, Missa. Dilexisti.  
ut in Comuni Virg. primo loco.  
**Non dicitur C**redo.

*Die xxvii. Septembris.*

**IN FESTO SANCTI ELZEARI**  
Confessoris, Tertii Ordinis.

**Introitus. Psalm. 36.**



**S** justi meditabitur sapientiam, & lingua ejus loquetur judicium: lex Dei ejus in corde ipsius. **Psal. ibid.** Noli æmulari in malignantibus: neque zelaveris facientes iniquitatem. **Ps.** Glória Patri. **Oratio.**

**D**eus, qui beatum Elzearium Confessorem tuum, inter cetera virtutum insignia, virginali pudicitia in conjugio decorasti: concede propitius; ut cujus sacra solémnia celebriter veneramur in terris, ejus beata consortia feliciter consequamur in cœlis. Per Dóminum.

**Lectio libri Sapientia.**

**Eccl. 31.**

**B**eatus vir, qui inventus est sine macula, & qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia, & thesauris: Quis est hic, & laudabimus eum: fecit enim mirabilia in vita sua. Qui probatus est in illo, & perfectus est, erit illi gloria æterna: qui potuit transgredi, & non est transgressus: facere mala, & non fecit: ideo stabilita sunt bona illius in Dómino, & eleemosynas illius enarrabit omnis Ecclesia sanctorum.

**Graduale. Psal. 91.** Justus ut palma florabit: sicut cedrus Libani multiplicabitur in domo Dómini. **Ps.** Ad annuntiandum manè misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. **Allelúja, allelúja.**

**Ps. Jacobi 1.** Beatus vir, qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. **Allelúja.**



**Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.**

**Luc. 12. d**

**I**n illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Vendite, quæ possidētis, & date eleemosynam. Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cœlis: quò fur non appropriat, neque tinea corrumpit. Ubi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit. **Non dicitur Credo.**

**Offertorium. Psalm. 88.** Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu ejus. **Secreta.**

**L**audis tibi, Dómine, hostias immolamus, in tuorum commemoratione Sanctorum: quibus nos & presentibus exui malis confidimus, & futuris. Per Dóminum.

**Communio. Matth. 24.** Beatus servus, quem, cum venerit dominus, invenerit vigilantem: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum. **Postcommunio.**

**R**efecti cibo, potuque cœlesti, Deus noster, te supplices exoramus: ut in cujus hæc commemoratione percipimus, ejus muniamur & precibus. Per Dóminum nostrum.

*Die*

Die xxviii. Septembris.

IN FESTO B. BERNARDINI  
de Feltria Confessoris. Missa. *O*s justi.  
de Communi Confessoris non Pontif.  
primo loco. Sine *C*redo.

## FESTA OCTOBRIS.

Die iii. Octobris.

IN FESTO TRANSLATIONIS  
S. Claræ virginis, Missa. *V*ultum tuum.  
ut in ejus Festo, præter Orationem.

Oratio.

**F**Amulos tuos, quæsumus, Dómine,  
beátæ virginis tuæ Claræ votivam  
Translationem recensentes: coeléstium  
gaudiórum sua fácias interventióne partici-  
pes, & tui Unigéniti cohæredes. Qui te-  
cum vivit & regnat. *Non dicitur C*redo.

*Pro commem. Vigilæ S. P. N. Fran-  
cisci, Oratio. D*ómine Jesu Christe, qui  
ut suprâ in festo SS. Stigmatum.

*Secreta. A*dsit nobis, quæsumus. *ut suprâ.*

*Postcomm. D*eus, qui mira. *ut suprâ.*

*In fine Missæ dicitur Evang. Si quis vult  
ut suprâ in festo Sacrorum Stigmatum.*

Die iv. Octobris.

IN FESTO SERAPHICI S. P. N.  
Francisci Confessoris, Trium Ordinum  
Fundatoris. Introitus.



Audeámus omnes in Dó-  
mino, diem festum cele-  
brantes, sub honore beáti  
Francisci: de cujus solem-  
nitáte gaudent Angeli, &  
collaudant Filium Dei.

*Psal. 32. E*xultate justi in Dómino: re-  
ctos decet collaudatio. *Glória Patri.*

*In votivis dicitur Introitus. M*ihi autem.  
ut in festo Stigmatum. *Oratio.*

**D**Eus, qui Ecclesiám tuam beáti Pa-  
tris nostri Francisci méritis, foetu novæ  
prolis amplíficas: tribue nobis ex ejus imita-  
tione terréna despícere, & coeléstium donó-  
rum semper participatióne gaudere. Per.

*L*éctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli  
ad Gálatas. *Gal. 6.*

**F**Ratres, Mihi autem absit gloriári, nisi  
in Cruce Dómini nostri Jesu Christi:

per quem mihi mundus crucifixus est, &  
ego mundo. In Christo enim Jesu, ne-  
que circumcisio áliquid valet, neque præ-  
pútium, sed nova creatúra. Et quicumque  
hanc régulam secúti fuerint, pax super il-  
los, & misericórdia, & super Israel Dei.  
De cétero nemo mihi moléstus sit: ego  
enim Stigmata Dómini Jesu in corpore  
meo porto. Grátia Dómini nostri Jesu  
Christi cum spíritu vestro, fratres, Amen.  
*Graduale. Psal. 36. O*s justi meditabitur  
sapiéntiam, & lingua ejus loquétur judi-  
cium. *Lex Dei ejus in corde ipsius:  
& non supplantabúntur gressus ejus.*

*Allelúja, allel. O* Patriárcha páupe-  
rum Francisce, tuis précibus auge tuó-  
rum número in charitate Christi: quos  
cancellátis má nibus, cécútiens ut mó-  
riens Jacob, benedixísti. Allelúja.

*Tempore Paschali, & in ejus Translatio-  
ne, si eodem tempore celebretur, mitti-  
tur Graduale & additur sequens* *Franciscus hic pauper & húmilis, coelum di-  
ves ingreditur, hymnis coeléstibus ho-  
norátur. Allelúja.*

*Post Septuagesimam, Tractus. Psal. 111.  
Beátus vir, qui timet Dóminum: in man-  
dátis ejus cupit nimis. Potens in terra  
erit semen ejus: generatio rectorum bene-  
dicétur. Glória & divitiæ in domo ejus,  
& justitia ejus manet in sæculum sæculi.*



*Sequéntia sancti Evangelii secúr-  
dum Matthæum. Matth. 11. d*

**I**N illo tempore respondens Jesus, di-  
xit: Confiteor tibi Pater Dómine  
coeli & terræ, quia abscondísti hæc à  
sapiéntibus & prudentibus, & revelásti ea  
párvulis. Ita Pater: quóniam sic fuit plá-  
citur ante te. Omnia mihi trá dita sunt à  
Patre meo. Et nemo novit Filium, nisi  
Pater: neque Patrem quis novit, nisi Fi-  
lius, & cui volúerit Filius revelare. Veni-  
te ad me omnes, qui laborátis, & oneráti  
estis, & ego reficiam vos. Tóllite jugum  
meum super vos, & discite à me, quia mitis  
sum, & húmilis corde: & inveniétis ré-  
quiem animábus vestris. Jugum enim me-  
um suáve est, & onus meum leve. *Credo.*

Et

Et dicitur per totam Octavam, etiam in Festis infra eam occurrentibus.

**Offertorium.** Psal. 88. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu ejus. **Secreta.**

**M**unera tibi, Domine, dicata sanctifica: & intercedente beato Patre nostro Francisco, ab omni nos culpārum labe purifica. Per Dominum.

Sequens Præfatio cum suo cantu dicitur in festivitibus S. P. N. Francisci, ac etiam per totam Oct. in Dominica & Festis infra eam occurrentibus, in Missis votivis ejusdem S. P. Francisci, & quando fit Officium per Annum: necnon in Festo Omnium Sanctorum Nostri Ordinis, die 27. Novembris.

**P** Er omnia scelera seculorum.

**R.** Amen. **V.** Dominus vobiscum.

**R.** Et cum spiritu tuo.

**V.** Surrexerunt corda. **R.** Habemus

ad Dominum. **V.** Gratias agimus

Domino Deo nostro.

**R.** Dignum & iustum est.

**V.** Vere dignum & iustum est,

Missæ SS. Ord. Min.

æquum & salutare, nos tibi

semper, & ubique gratias agere:

Domine sancte, Pater omnipotens,

æterne Deus.

Qui venerandum Confessionarium tuum

beatum Franciscum: tu Deus altissimi bonitatis

& clementia, Sanctorum tuorum

meritis & virtutibus sublimasti.

Mentemque ipsius sancti Spiritus

operatione, amabilem Seraphicum

ardentissimum incendit interitum:

cu jusque Corpus sacris

Sti-

Stigmá ti bus insignívit ex té ri ús:  
 signo cru ci fixi Je su Christi Dó-  
 mini no stri . Per quem majestatem  
 tu am lau dant Ange lí, ad ó ant  
 Do mi na ti ó nes, tremunt F ste-  
 stá tes. Coeli, celo rúmque Vir tú-  
 tes, ac be á ta Sé raphim, só ci a  
 exul ta ti ó ne concé lebrant. Cum  
 qui bus & nostras vo ces, ut ad-  
 mít ti jú be as depre cámur, súp-  
 pli ci confe si ó ne di cén tes.

**Communio.** *Luc. 12.* Fídelis fervus & prudens, quem constituit dómínus super familiam suam : ut det illis in témpore tritici mensúram.

**Postcommunio.**

**E**cclésiám tuam, quæsumus Dómine, grátia coeléstis amplíficet: quam beáti Patris nostri Francíci Confessóris

tui illumináre voluísti gloriósis méritis & exémpis. Per Dómínus.

**¶** *Infra Oct. S. P. N. Francisci, & in ipso die Oct. dicitur Missa ut in die, sed infra Oct. post Orationem diei dicitur secunda Oratio de S. Maria; Concéde nos, tertia, E cclésiæ tuæ . vel pro Papa, Deus ómnium.*

*Die xi. Octobris.*

**¶** *In Octava S. P. N. Francisci, Missa ut in die festo. Et dicitur Credo.*

*Die xii. Octobris.*

**IN FESTO B. SERAPHINI**  
*de Monte Granario Conf. Ordinis Capuccinorum, Missa. Justus ut palma. de Comuni Confess. non Pontificis. Non dicitur Credo.*

*Die xiii. Octobris.*

**IN FESTO SS. MARTYRUM**  
*Danielis & sociorum, Primi Ordinis.*

*Introitus. Eccl. 44.*



**S**apientiam sanctorum narrent populi: & laudes eorum nuntiet Ecclesia, nomina autem eorum vivent in seculum seculi.

*Psal. 32. E xultate justí in*

*Dómíno: rectos decet collaudatio.*

*¶. Glória Patri, &c. Oratio.*

**F**raterna nos, Dómine, mártýrum tuórum coróná lætíficet: quæ & fidei nostræ præbeat incrementa virtutum, & multiplici nos suffragio consolétur. Per Dñm.

*Lectio Epistolæ beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios. 1. Cor. 6.*

**F**ratres, Exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus: in vigiliis, in jejuniis, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suavitate, in Spiritu sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei; per arma justitiæ a dextris & a sinistris, per glóriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam: ut seductores,

res, & veraces: sicut qui ignoti, & cogniti: quasi morientes, & ecce vivimus: ut castigati, & non mortificati: quasi tristes, semper autem gaudentes: sicut egentes, multos autem locupletantes: tamquam nihil habentes, & omnia possidentes.


**Graduale. Psal. 33.** **C**lamaverunt iusti, & Dominus exaudivit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos.

**V.** Juxta est Dominus his, qui tribulato sunt corde: & humiles spiritu salvabit. **A**llelúja, allel. **V.** Hæc est vera fraternitas, quæ vicit mundi crimina: Christum secuta est, inclinata tenens regna cœlestia. Allelúja.

**Tempore Paschali omittitur Graduale, & additur sequens V.** Sancti tui, Domine, florébunt sicut lílium: & sicut odor balsami erunt ante te. Allelúja.

**Post Septuages. Tractus. Psal. 125.** Qui seminant in lacrymis, in gaudio metent.

**V.** Eúntes ibant & flebant, mittentes semina sua. **V.** Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.

 **S**equentia sancti Evangelii secundum Lucam. **Luc. 6. c**

**I**N illo tempore: Descendens Jesus de monte, stetit in loco campèstri, & turba discipulorum ejus, & multitudo copiosa plebis ab omni Judæa, & Jerúsalem, & maritima, & Tyri, & Sidónis, qui venerant, ut audirent eum, & sanarentur à languoribus suis. Et qui vexabantur à spiritibus immundis, curabantur. Et omnis turba quærebat eum tangere: quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Et ipse elevatis oculis in discipulos suos, dicebat: Beati pauperes: quia vestrum est regnum Dei. Beati, qui nunc esuritis: quia saturabimini. Beati, qui nunc fletis: quia ridébitis. Beati éritis, cum vos oderint homines, & cum separaverint vos, & reprobraverint, & ejecerint nomen vestrum tamquam malum, propter Filium hominis. Gaudete in illa die, & exultate: ecce enim merces vestra multa est in cœlo. **Et dicitur Credo.**

**Offertorium. Psal. 149.** Exultabunt Sancti in glória, lætabuntur in cubilibus suis:

exaltationes Dei in faucibus eorum, allelúja.

**Secreta.**

**I**terum mysteria, Domine, pro sanctorum martyrum tuorum commemoratione: cuncta mente tractemus: quibus precibus nobis crescat, & gaudium. Per Dominum nostrum.

**Communio. Matth. 10.** Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, dicit Dominus: et quod in aure auditis, prædicare super cœta. **Postcommunio.**

**P**resta, quæsumus omnipotens Deus: ut quorum memoriam sacramenti participacione recolimus, fidem quoque proficiendo sectemur. Per Dominum.

*Die xiv. Octobris.*

**IN ESTO SANCTI PETRI**  
**de Alcantara Confess. Primi Ordinis.**

**Introitus.**

**Gal. 6.**



Ihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. **Psal. 33.** Benedicam Dominum in omni

tempore: semper laus ejus in ore meo.

**V.** Gloria Patri.

**Oratio.**

**D**eus, qui beatum Petrum Confessorem tuum admirabilis poenitentiae, & altissimæ contemplationis munere illustrare dignatus es: concede propitius; ut ejus suffragantibus meritis, carne mortificati cœlestium donorum participes fieri mereamur. Per Dominum.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Philippenses. Phil. 3. b**

**F**ratres, Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta. Verumtamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Jesu Christi Domini mei: propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror ut stercora, ut Christum lucrificiam: & inveniar in illo, non habens meam justitiam, quæ ex lege est, sed illam, quæ ex fide est Christum Jesu: quæ ex Deo est justitia in fide, ad cognoscendum illum, & virtutem resurrectionis ejus, & societatem

tatem passionum illius; configuratus morti ejus. Si quo modo occurrerem ad resurrectionem, quæ est ex mortuis: non quod jam acciperem, aut jam perfectus sim: sequor autem, si quo modo comprehendam, in quo & comprehensus sum à Christo Jesu.

**Graduale. Psal. 36.** Os justi meditabitur sapientiam, & lingua ejus loquetur iudicium. **Ps.** Lex Dei ejus in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus ejus. **A**llel. allel.

**Ps.** Cruciscultor optime, sancte Petre, norma veræ sanctitatis, impetra nobis tuis precibus fructus dignos poenitentiae, ut tecum simus æternæ gloriæ consortes. **A**llel.

**Post Septuag. omisso A**llelúja, & **Ps.** sequenti, dicitur **Tractus. Psal. 111.** Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis ejus cupit nimis. **Ps.** Potens in terra erit semen ejus: generatio rectorum benedicetur. **Ps.** Glória, & divitiæ in domo ejus: & justitia ejus manet in sæculum sæculi.

**Tempore Paschali omittitur Graduale, & ejus loco dicitur, A**llelúja, allelúja.

**Ps.** Gal. 2. Christo confixus sum cruce: vivo autem ego, jam non ego; vivit verò in me Christus. **A**llelúja. **Ps.** Cruciscultor optime, sancte Petre, norma veræ sanctitatis, impetra nobis tuis precibus fructus dignos poenitentiae, ut tecum simus æternæ gloriæ consortes. **A**llelúja.

**Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. Luc. 12. d**

**I**N illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Vendite, quæ possidetis, & date eleemosynam. Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cælis: quod fur non appropriat, neque tinea corrumpit. Ubi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit. **C**redo.

**Et dicitur per totam Octavam, & in Festis infra eam occurrentibus.**

**Offertorium. Psal. 20.** In virtute tua, Domine, lætabitur justus, & super salutarem tuum exultabit vehementer: desiderium animæ ejus tribuisti ei.

**Secreta.**

**O**blationem nostram, quaesumus, Domine, sancti Petri meritis placatus assume, quam dum in carne viveret, purissimis manibus contrectavit, & obtulit. Per Dominum nostrum.

**Communio. Matth. 19.** Amen dico vobis, quod vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me: centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis. **Postcomm.**

**P**ræsta, quaesumus, omnipotens Deus: ut beati Petri Confessoris tui semper facta sectantes, fructum quem de coelesti hoc alimento percipit, ipsi quoque percipere mereamur. Per Dominum.

**¶ Infra Oct. S. Petri, & in die Octava dicitur Missa sicut in die Festi; sed infra Octavam, quando non fit commem. Oct. S. Joannis, aut Festi Simplicis, dicitur secunda Oratio de S. Maria. Concede nos. tertia, Ecclesiæ tuæ. vel pro Papa, Deus omnium. Quando verò debet fieri commem. Octavæ sancti Joannis, tertia erit. Ecclesiæ tuæ.**

Die xxi. Octobris.

**IN FESTO SS. URSULÆ & sociarum virginum, & martyrum.**

**Introitus. Psal. 118.**

**L**Oquebar de testimoniis tuis in conspectu regum, & non confundebam: & meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi nimis. **Psal. ibid.** Beati immaculati in via: qui ambulat in lege Domini. **Ps.** Glória Patri.

**Oratio.**

**D**A nobis, quaesumus, Domine Deus noster, sanctarum virginum, & martyrum tuarum, Ursulæ & sociarum ejus, palmas incessabili devotione venerari: ut quas digna mente non possumus celebrare, humilibus saltem frequentemus obsequiis. Per Dominum.

**Pro commem. Octavæ S. Petri, Oratio.** Deus, qui beatum Petrum. ut supra.

**Pro comm. S. Hilarionis Abbatis. Oratio.** **I**ntercessio nos, quaesumus, Domine, beati Hilarionis Abbatis commendet:

ut

ut quod nostris méritis non valémus, ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum.

**Epistola.** Fratres, De virginibus. *ut supra in festo S. Claræ.* 26.

**Grad. Psal. 44.** Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem. *Ps.* Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ. *Allel. allel. Ps.* Adducéntur Regi virgines post eam: próxima ejus afferéntur tibi in lætitia. Allelúja.

**Evangelium.** Simile erit regnum cœlorum decem virginibus. *ut in festo S. Claræ.* 26. **Et dicitur Credo.**

**Offertorium. Psal. 44.** Afferéntur Regi virgines post eam: próxima ejus afferéntur tibi in lætitia & exultatione, adducéntur in templum Regi Dómino. **Secreta.**

**I**ntende, quæsumus, Dómine, múnera altáribus tuis pro sanctárum virginum & mártirum tuárum, Ursulæ & sociárum ejus festivitáte propósita: ut sicut per hæc beáta mystéria, illis glóriam contulisti, ita nobis indulgéntiam largiáris. Per Dóminum nostrum.

**Pro commem. S. Petri, Secreta.** Oblationem nostram. *ut supra.*

**Pro S. Hilarione Abbate. Secreta.** Sacris altáribus, Dómine, hóstias superpósitas, sanctus Hiláron Abbas, quæsumus, in salutem nobis provenire depóscat. Per Dóminum.

**Communio. Psalm. 118.** Confundántur superbi, quia injústè iniquitatem fecerunt in me: ego autem in mandátis tuis exercebor, in tuis justificatióibus, ut non confundar. **Postcommunio.**

**P**ræsta nobis, quæsumus, Dómine, intercedéntibus sanctis virginibus & mártiribus tuis, Ursula & sóciis ejus: ut, quod ore contingimus, pura mente capiámus. Per Dóminum.

**Pro Oct. sancti Petri, Postcommunio.** Præsta quæsumus. *ut supra.*

**Pro S. Hilarione Abbate. Postcommunio.** **P**rotégat nos, Dómine, cum tui percipiatióne sacraménti beátus Hiláron Abbas, pro nobis intercedéndo: ut & conversatiónis ejus experiámur insignia, & intercessiónis percipiámus suffrágia. Per Dóminum nostrum.

Die xxiii. Octobris.

**IN FESTO S. JOANNIS**  
**à Capistrano Confessoris, Primi Ordinis.**

**Introitus. Psal. 36.**



**S** justi meditabitur sapiéntiam, & lingua ejus loquetur judicium: lex Dei ejus in corde ipsius. **Ps. ibid.** Noli æmulári in malignántibus: neque zeláveris faciéntes iniquitatem. *Ps.* Glória Patri, &c. **Oratio.**

**D**eus, qui Ecclésiám tuam beáti Joánnis méritis & doctrínis mirábiliter sublimásti, & per eum de pérfidis tyránis in virtúte sanctíssimi Nómínis Jesu fideles tuos triumpháre fecisti: præsta, quæsumus; ut de inimicis nostris ejus intercessiône prævaléntes in terris, præmiári cum ipso mereámur in cœlis. Per eúdem Dóminum nostrum.

**Lectio libri Sapiéntiæ. Eccl. 31.**

**B**eátus vir, qui inventus est sine mácula, & qui post áurum non ábiit, nec sperávit in pecúnia, & thesáuris. Quis est hic, & laudábimus eum: fecit enim mirabilia in vita sua. Qui probátus est in illo, & perfectus est, erit illi glória ætérna: qui pótuit transgredi, & non est transgressus: fácere mala, & non fecit: ideò stabilita sunt bona illius in Dómino, & eleemósynas illius enarrábit omnis Ecclésiá sanctórum.

**Graduale. Psal. 91.** Justus ut palma florébit: sicut cedrus Líbani multiplicábitur in domo Dómini. *Ps.* Ad annuntiándum manè misericórdiam tuam, & veritatem tuam per noctem. *Allel. allel. Ps.* O Zelátor fidei, persecútor hæreticórum, lumen virtutum, exterminátor Turcárum, Prædicátor egrégie, Doctor populórum, Joánnes fidelíssime Ordinis Minórum, esto nobis præsidium è Regno Beatórum. Allelúja.

**Post Septuagesimam, omisso Allelúja. & Ps. sequenti, dicitur Tractus. Psal. 111.** Beátus vir, qui timet Dóminum: in mandátis ejus cupit nimis.


*Ps.* Potens in terra erit semen ejus: generatio rectorum benedicetur.

*Ps.* Glória & divitiæ in domo ejus: & justitia ejus manet in sæculum sæculi.

**Tem-**

Tempore Paschali omittitur Graduale, & ejus loco dicitur, Allelúja, allelúja. *Ps. Jacobi 1.* Beátus vir, qui suffert tentationem: quóniam cùm probátus fuerit, accípiet coronam vitæ. Allelúja.

*Ps. Eccl. 45.* Amávit eum Dóminus, & ornávit eum: stolam glóriæ induit eum. Allel.

 Sequéntia sancti Evangélii secúndum Lucam. *Luc. 12. c*

**I**N illo témpore: Dixit Jesus discipulis suis: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, & vos símiles hominibus expectántibus dómimum suum quando revertátur à nuptiis ut, cùm vénerit, & pulsáverit, conféstim apériant ei. Beáti servi illi, quos, cùm vénerit dómimus, invénerit vigilantes; amen dico vobis, quòd præcinget se, & fáciat illos discumbere, & tránsiens ministrábit illis. Et si vénerit in secúnda vigília, & si in tértia vigília vénerit, & ita invénerit beáti sunt servi illi. Hoc autem scitôte, quóniam si sciret paterfamílias, qua hora fur veníret, vigiláret útique, & non sineret pérfodi domum suam. Et vos estóte paráti, quia qua hora non putátis, Fílius hominis véniet. **Credo.**

Et dicitur per totam Octavam, etiam in Festis infra eam occurrentibus.

Offertorium. *Psal. 88.* Veritas mea, & misericórdia mea cum ipso: & in nómine meo exaltábitur cornu ejus. **Secreta.**

**L**Audis tibi, Dómine, hóstias immolámus, in tuórum commemoratióne Sanctórum: quibus nos & præsentibus éxui malis confidimus, & futúris. Per Dómimum.

**Communio.** *Matth. 25.* Beátus servus, quem, cùm vénerit dómimus, invénerit vigilántem: amen dico vobis, super ómnia bona sua constituet eum. **Postcommunio.**

**R**efécti cibo potúque coelésti, Deus noster, te súpplices exorámus: ut in cuius hæc commemoratióne percépimus, ejus muniámur & précibus. Per Dómimum.

*¶ Infra Oct. S. Joannis & in die Oct. dicitur Missa sicut in die; sed infra Oct. secunda Oratio de S. María, Concède. tertia, Ecclesiæ. vel pro Papa, Deus ómnium.*

Die xxvi. Octobris.

**¶** Oct. S. Petri de Alcantara, Missa ut in die Festo, cum comm. Oct. S. Joannis, ac S. Evaristi Papæ & mart. Et dicitur Credo.

Die xxvii. Octobris.

**IN FESTO TRANSLATIONIS S. Ivonis Confess. Tertii Ordinis. Missa.** Justus ut palma. ut supra in ejus Festo die xix. Maji, præter Orationem. **Oratio.**

**D**Eus, qui beátum Ivónem Confessórem tuum innúmeris decorásti miraculis: te suppliciter deprecámur; ut, qui hodiérna die ejus elevatióne & Translatióne celebrámus, ipsius apud te patrocínia sentiámus. Per Dómimum.

Deinde fit commemor. Octav. S. Joannis, & Vigiliæ Apostolorum Simonis & Judæ. Et dicitur Credo.

In fine Missæ dicitur Evangelium. Ego sum vitis vera. ut in Missali Romano.

Die xxx. Octobris.

**¶** Octava S. Joannis à Capistrano Conf. Missa ut in die Festo. Et dicitur Credo.

## FESTA NOVEMBRIS.

Die x. Novembris.

**IN FESTO TRANSLATIONIS S. Ludovici Episcopi & Conf. Missa ut in die Natalis ejusdem xix. Augusti, præter Orationem. Oratio.**

**D**Eus, qui Ecclesiám tuam dispositiÓne mirábili novis semper illústras Sanctórum splendóribus: tribue quæsumus; ut, qui beáti Ludovici Confessóris tui atque Pontificis TranslatiÓne gratulamur, ad ejus consórtium feliciter perducámur. Per Dómimum. **Sine Credo.**

Die xii. Novembris.

**IN FESTO S. DIDACI Conf. Primi Ordinis. Introitus. Eccl. 3.**



Umiliávit se in ómnibus, & coram Deo invenit grátiam: quóniam magna poténtia Dei, & ab humilibus honorátur. *Psal. 102.* **B**enedic ánima mea Dómimum: & ómnia

omnia interiora mea, nomen sanctum  
ejus. *Ps.* Glória Patri. *Oratio.*

**O**Mnipotens sempiternè Deus, qui  
dispositiõne mirabili, infirma mun-  
di eligis, ut fortia quæque confundas:  
concede propitius humilitati nostræ; ut  
piis beati Didaci Confessoris tui præci-  
bus, ad perennem in cœlis glóriam subli-  
mari mereamur. Per Dóminum.

*Lectio Epistolæ beati Pauli Apóstoli  
ad Coríthios. I. Cor. I.*


**F**Ratres, Videte vocatiõnem vestram;  
quia non multi sapiéntes secúndum car-  
nem, non multipoténtes, non multinóbi-  
les: sed quæ stulta sunt mundi elégit Deus,  
ut confundat sapiéntes: & infirma mundi  
elégit Deus, ut confundat fortia; & igno-  
bilia mundi, & contemptibilia elégit De-  
us, & ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt,  
destrueret: ut non gloriétur omnis caro in  
conspéctu ejus. Ex ipso autem vos estis in  
Christo Jesu: qui factus est nobis sapiéntia  
à Deo, & justitia, & sanctificatio, & re-  
demptio: ut quemadmodum scriptum est.  
Qui gloriatur, in Dómino gloriétur. Et  
ego cum venissem ad vos, fratres, veni non  
in sublimitate fermónis, aut sapiéntiæ, an-  
nuntians vobis testimoniũ Christi. Non  
enim judicavi me scire aliquid inter vos,  
nisi Jesum Christum, & hunc crucifixum.

*Grad. Psal. 20.* Dómine prævenisti eum in  
benedictiõibus dulcedinis: posuisti in capite  
ejus coronam de lapide pretioso. *Ps.* Vitam  
petiit à te, & tribuisti ei longitudinem di-  
rum in sæculum sæculi. *A*llelúja, allelúja.

*Ps. 91.* Justus ut palma florebit: sicut  
cedrus Libani multiplicabitur. Allelúja.

*Post Septuagesimam, Tractus. Psal. III.*  
Beatus vir, qui timet Dóminum: in man-  
datis ejus cupit nimis. *Ps.* Potens in terra erit  
semen ejus: generatio rectorum benedicé-  
tur. *Ps.* Glória & divitiæ in domo ejus: &  
justitia ejus manet in sæculum sæculi.

*Temp. Paschali omittitur Grad. & ejus lo-  
co dicitur, A*llelúja, allel. *Ps. 91.* Ju-  
stus ut palma florebit: sicut cedrus Libani  
multiplicabitur. Allel. *Ps. Osee 14.* Justus  
germinabit sicut lilium: & florebit in  
æternum ante Dóminum. Allelúja.

 Sequéntia sancti Evangélii secún-  
dum Matthæum. *Matth. 18.*

**I**N illo tempore: Accesserunt discipuli  
ad Jesum, dicentes: Quis, putas,  
major est in regno cœlorum? Et advo-  
cans Jesus parvulum, stáuit eum in mé-  
dio eorum, & dixit: Amen dico vobis, nisi  
convérsi fueritis, & efficiamini sicut par-  
vuli, non intrábitis in regnum cœlorum.  
Quicumque ergo humiliáverit se sicut  
parvulus iste, hic est major in regno cœ-  
lorum. Et qui suscéperit unum parvulum  
talem in nómine meo, me suscipit. Qui  
autem scandalizáverit unum de pusillis  
istis, qui in me credunt, expedit ei, ut sus-  
pendátur mola asinária in collo ejus, &  
demergátur in profundum maris. *Credo.*

*Et dicitur per totam Octavam, & in  
Festis infra eam occurrentibus.*

*Offertorium. Gal. 6.* Mihi autem absit  
gloriári, nisi in Cruce Dómini nostri  
Jesu Christi: per quem mihi mundus cru-  
cifixus est, & ego mundo. *Secreta.*

**H**Æc hóstia, quæsumus, Dómine, quam  
sancti Didaci Confessoris tui solemni-  
tate offerimus: ipso étiam intercedente, &  
víncula nostræ pravitatis absolvat, & tuæ  
nobis misericordiæ dona conciliet. Per.

*Communio. Matth. 11.* Tóllite jugum  
meum super vos, & discite à me, quia mi-  
tis sum & húmilis corde: & inveniétis  
réquiem animabus vestris. *Postcommunio.*

**D**eus, qui familiam tuam his sacrifi-  
ciis purgátam, beati Didaci Con-  
fessoris tui celebritate lætificas: concede,  
quæsumus, ut ejus humilitatis & patien-  
tiæ imitétur vestigia, & ad gáudia, per-  
veniat sempiterna. Per Dóminum.

*¶ Infra Oct. S. Didaci Oratio ii. de S. M.*  
*Concede. tertia, Ecclesiæ. vel pro Papa,*  
*Deus omnium. & si occurrat Festum dupl.*  
*vel semid. de quo tunc fit, cum comm. Oct.*

*Die xvii. Novembris.*

**I**N FESTO B. SALOMEÆ  
Virginis Clarissæ, *Missa. D*ilexisti. *de*  
*Communi Virginum, cum commem.*  
*Octav. S. Didaci. Et dicitur Credo.*

*Die*

Die xix. Novembris.

**I N F E S T O S. E L I S A B E T H**  
 Reginae Ungariae Viduae, Tertii Ordinis.  
 Introitus. Psal. 118.



Ognóvi Dómine, quia æquitas iudicia tua, & in veritate tua humiliásti me: confige timóre tuo carnes meas, à mandátis tuis timui. *Psal. ibid.* Beáti immaculáti in via: qui ámbulant in lege Dómini. *Ps.* Glória Patri. *Oratio.*

**T**Uórum corda fidélium Deus miserátor illústra: & beátæ Elísabeth précibus gloriósis, fac nos próspéra mundi despícere, & coelésti semper consolatione gaudere. Per Dóminum.

*Fit comm. Oct. S. Didaci; ac S. Pontiani Papæ & mart. in Missis privatis tantum.*

*Lectio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Timótheum. 1. Tim. 5.*

**C**Haríffime, Víduas honóra, quæ verè viduæ sunt. Si qua autem vídua filios, aut nepótes habet, discat primùm domum suam régere, & mútuam vicem reddere paréntibus: hoc enim accéptum est coram Deo. Quæ autem verè vídua est, & desoláta, speret in Deum, & instet obsecrationibus & orationibus nocte ac die. Nam quæ in deliciis est, vivens mórtua est: Et hoc præcipe, ut irreprehensibiles sint. Si quis autem suórum, & máximè domesticórum curam non habet, fidem negávit, & est infidéli detérior. Vídua eligátur non minùs sexaginta annórum, quæ fúerit unius viri uxor, in opéribus bonis testimónium habens, si filios educávit, si hospítio recépit, si sanctorum pedes lavit, si tribulationem patientibus ministrávit, si omne opus bonum subsecúta est.

*Graduale. Psal. 44.* Diffúsa est grátia in lábiis tuis, proptereá benedixit te Deus in ætérnum. *Ps.* Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam: & deducet te mirabíliter dextera tua.

*Allelúja, allelúja. Ps.* Spécie tua, & pul-

chritúdine tua inténde, próspere procéde, & regna. Allelúja.

*Tempore Paschali omittitur Graduale, & additur sequens Ps.* Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam: & deducet te mirabíliter dextera tua. Allelúja.

*Post Septuagesimam, Tractus.* Veni sponsa Christi, áccipe coronam, quam tibi Dóminus preparávit in ætérnum.

*Ps. 44.* Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: proptereá unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætitiæ præ consórtibus tuis. *Ps.* Spécie tua, & pulchritúdine tua inténde, próspere procéde, & regna.

*Evangelium.* Simile est regnum coelórum thesauro. *ut supra in Festo S. Margaritæ de Cortona. fol. 8.*

*Non dicitur Credo.*

*Offertorium. Psal. 44.* Diffúsa est grátia in lábiis tuis: proptereá benedixit te Deus in ætérnum, & in sæculum sæculi. *Secr.*

**M**Unera, Dómine, nostræ devotiónis offerimus: ut tibi grata, & nobis salutária beátæ Elísabeth pia supplicatione reddántur. Per Dóminum.

*Communio. ibid.* Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem, proptereá unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætitiæ præ consórtibus tuis. *Postcommunio.*

**Q**uos, Dómine, salutáribus dignátus es reparáre mystériis; beátæ Elísabeth, quæsumus, intercessióne, celéstibus semper nútrias alimentis. Per Dóminum.

Die xxvi. Novembris.

**I N F E S T O B E A T Æ D E L P H I N Æ**  
 Virg. Tertii Ordinis, Missa. *Dilexisti. de Comuni Virginum tantum, præter Orationem. Oratio.*

**D**eus, qui beátam Delphinam famulam tuam inter cétera virtutum insignia, virgináli pudicitia in conjúgio decorásti: concéde propítius; ut cujus sacra solémnia célebriter venerámur in terris, ejus beáta consórtia feliciter consequámur in coelis. Per Dóminum.

*Et fit commem. S. Petri Episc. & mart.*

F I N I S.

**MISSÆ**  
P R O P R I Æ  
**SANCTORUM**  
HISPANORUM,  
QUÆ GENERALITER IN HISPANIA  
celebrantur;

Ex Apostolica concessione & auctoritate  
**SUMMORUM PONTIFICUM,**  
Ad formam MISSALIS ROMANI redactæ.



**VENETIIS,**  
APUD NICOLAUM PEZZANA.  

---

M DCC XL VII.

MISSAE

PROPRIAE

SANCTORUM

HISPANORUM

QUE GENERALITER IN HISPANIA

celebrantur;

Ex Apostolica concessionione & auctoritate

SUMMORUM PONTIFICUM

Ad formam Missalis Romani redactis.



VENETIS

APUD NICOLAUM PEXANAM

MDCCLVII

3

# MISSÆ PROPRIÆ SANCTORUM;

*Quæ in Hispania specialiter celebrantur.*

*Die iv. Decembris.*

IN FESTO S. BARBARÆ  
virginis, & Martyris, Missa. Loqué-  
bar. de Communi Virginis, & Martyr.  
Et fit commem. Feriæ Adventus.

*Die ix. Decembris.*

IN FESTO SANCTÆ LEOCADIÆ  
virginis & martyris. Duplex.

*Introitus.*



Expectaverunt peccatores,  
ut perderent me: testimo-  
nia tua, Domine intellexi:  
omnis consummationis vidi  
finem: latum mandatum  
tuum nimis.

*Psalmus.* Beati immaculati in via: qui  
ambulant in lege Domini.

*Ps.* Gloria Patri, & Filio.

*Oratio.*

Beata Leocadia virginis & martyris  
tuæ, quaesumus, Domine, precibus  
& meritis adjuvemur: ut quæ pro tui no-  
minis confessione carceres & mortem per-  
tulit, suo nos patrocinio ab æterno carce-  
re defendat. Per Dominum.

*Deinde fit commem. de Adventu.*

*Reliqua omnia de Communi Virginum  
& Martyrum primo loco; Evangel. S imi-  
le erit regnum cœlorum decem virginibus.  
de eodem Communi.*

*Die x. Decembris.*

IN FESTO SANCTÆ EULALIÆ  
Emeritensis virginis & martyris.

*Duplex primæ Classis cum Octava.*

*Missa. Loquébar. de Communi Virg.  
& Martyr. præter Orationem sequentem.*

*Oratio.*

Omnipotens sempiternæ Deus, qui in-  
firma mundi eligis, ut fortia quæque  
confundas: da nobis, in festivitate san-  
ctæ virginis, & martyris tuæ Eulaliæ con-  
grua devotione gaudere; ut & potentiam  
tuam in ejus passione laudemus, & pro-

missum nobis percipiamus auxilium. Per  
Dominum nostrum.

*Et fit commemor. Feriæ.*

*Et dicitur Credo. si dicendum sit.*

*Die xviii. Decembris.*

IN FESTO EXPECTATIONIS  
Beatissimæ Virg. Mariæ, duplex, ut in  
fine Missalis Romani.

*Die xx. Decembris.*

IN FESTO S. DOMINICI

*Abbatis Silensis, Confessoris.*

*Missa. Os justi. de Communi Abba-  
tum, præter Orationem propriam.*

*Oratio.*

Deus, qui Ecclesiam tuam beati Domi-  
nici Confessoris tui præclaris vitæ mé-  
ritis decorasti, & in liberandis captivis glo-  
riosus lætificasti miraculis: concede nobis  
famulis tuis; ut & ipsius instruamur exem-  
plis, & ab omni vitiorum servitute, ejus  
patrocinio liberemur. Per Dominum.

*Et fit commem. Feriæ, & Vigiliæ S. Tho-  
mæ Apostoli, ut in Missali.*

*Die xxx. Decembris.*

TRANSLATIO S. JACOBI

*Apostoli, & Hispaniarum Apostoli  
& Patroni. Duplex majus.*

*Ad Missam, omnia dicuntur sicut in  
ejus festo die 25. Julii, præter Orationes  
sequentes.*

*Oratio.*

Deus, qui dispositione mirabili corpus  
beati Jacobi Apostoli tui de Jerosoly-  
mis ad Hispaniam transferri, & in Com-  
postella gloriose sepeliri voluisti; concede  
quaesumus; ut ejus meritis, & precibus  
in cœlesti Jerúsalem collocari mereamur.  
Per Dominum.

*Si hoc festum venerit in Dominica ( aut  
die, in quo fit de ea ) fiet commemoratio  
Dominicæ ante commemorationes Octa-  
varum, & in fine dicitur Evangelium ejus-  
dem Dominicæ.*

**Secreta.**

**S**anctifica, quæsumus, Dómine, oblata múnera, quæ in Translatione beati Jacóbi Apóstoli tui offerúntur: ita ut per ea vita nostra inter advérsa, & próspéra ubique dirigátur. Per Dóminum.

**Præfatio, & Communicantes. de Nativitate.**

**Postcommunio.**

**P**ercéptis, Dómine, sacraméntis, suppliciter exorámus, ut intercedente beato Jacóbo Apóstolo tuo, quæ pro illius venerándagérimus Translatione, nobis proficiant ad medélam. Per Dóminum.

*Die xvi. Januarii.*

## IN FESTO SANCTI FULGENTII

**Episcopi, & Confessoris.**

**Missæ. Sacerdotes tui. de Communi Confess. Pontificis. Evangelium verò, Vos estis sal terræ. de Communi Doctorum.**

*Die xxi. Januarii.*

## IN FESTO SS. FRUCTUOSI

**Episcopi, Augurii, & Eulogii Diaconorum martyrum.**

**Missæ. Sapiéntiam. de Communi plurimorum Martyrum secundo loco, præter Orationem sequentem.**

**Oratio.**

**D**eus, qui beátum Fructuosum, & ejus Diaconos Augúrium, & Eulógium per ignem probátos martyrio decorásti: concéde nobis famulis tuis; ut ipsórum intercessióne, flamma divíni amoris succénsi, cum illis páriter coronémur in cœlis. Per Dóminum.

*Die xxiii. Januarii.*

## IN FESTO SANCTI ILDEFONSI

**Archiepiscopi Toletani, & Confess.**

**Missæ. In médio. de Communi Doctorum; prima Oratio sequens.**

**Oratio.**

**D**eus, qui per gloriosíssimam Filii tui Matrem beátum Ildefónsum Confessórem tuum, atque Pontificem, misso de thesauris cœlestibus múnere decorásti: concéde propítius; ut per ejus preces, & mérita, múnera capiamus æterna. Per eúmdem Dóminum.

**In Missis privatis tantum fit commemoratio S. Emerentianæ virg. & mart. Oratio.**

**I**ndulgéntiam nobis, quæsumus, Dómine, beata Emerentiána virgo & martyr implóret: quæ tibi grata semper éxitit

& mérito castitátis, & tuæ professióne virtútis. Per Dóminum.

**Secreta.**

**S**ancti Ildefónsi Confessoris tui atque Pontificis, quæsumus, Dómine, ánnua solémnitas pietáti tuæ nos reddat accéptos: ut per hæc piæ placatiónis officia, & illum beata retribútio comitétur, & nobis grátia tuæ dona concíliet. Per Dóminum.

**Pro sancta Emerentiana. Secreta.**

**H**ostias tibi, Dómine, beata Emerentiánae vírginis & mártiris tuæ dicátas méritis, benignus assúme: & ad perpetuum nobis tríbue provenire subsidium. Per Dóminum.

**Postcommunio.**

**D**eus fidélium remunerátor animárum, præsta: ut beati Ildefónsi Confessoris tui atque Pontificis, cujus venerándam celebrámus festivitátem, precibus ipsíus indulgéntiam consequámur. Per Dóminum nostrum.

**Pro sancta Emerentiana. Postcommunio.**

**D**ivíni múnere largitáte satiáti, quæsumus, Dómine Deus noster: ut intercedente beata Emerentiána vírgine & mártire tua, in ejus semper participatióne vivámus. Per Dóminum.

*Die xxvi. Januarii.*

## IN FESTO SANCTÆ PAULÆ

**Vidua, Missæ. Cognóvi Dómine. de Communi non Virginum, præter Orationem sequentem.**

**Oratio.**

**D**eus, qui beátam Paulam famulam tuam, spretis mundi delíciis, post insignia virtútum incrementa, ibi voluísti nasci cœlo, ubi Unigénitus tuus natus est mundo: concéde propítius; ut ejus exémplo terréna cuncta despicientes, cœlestia consequi mereámur. Per eúmdem Dóminum nostrum.

*Die xxviii. Januarii.*

## IN FESTO SANCTI JULIANI

**Episcopi, & Confessoris.**

**Duplex secundæ Classis cum Octava.**

**Introitus.**

**Eccli. 31.**



Tabilita sunt bona illius in Dómino, & eleemósynas illius enarrábit omnis Ecclésia Sanctorum.

**Psal. 40.**

Beátus, qui intelligit super egénium, & páuperem: in die mala liberábit eum Dóminus.

**V. Glória Patri, & Filio.**

**Ora-**

**Oratio.**

**E**Xcita, quæsumus, Dómine, in pópulo tuo Spíritum charitátis, quo beátum Juliánum Confessórem tuum atque Pontíficem replere dignátus es: & concéde; ut cujus festivitátem celebrámus, per ejus ad te exémpa gradiámur. Per Dóminum. in unitáte ejúsdem Spíritus.

**In Missis privatis fit commemor. S. Agnetis secundò.**

**Oratio.**

**D**Eus, qui nos ánnua beátæ Agnetis vírginis, & mártiris tuæ solemnitate lætíficas: da, quæsumus; ut quam venerámur officio, étiam piæ conversatiónis sequámur exémplo. Per Dóminum.

**Lectio Actuum Apostolorum. Cap. 20.**

**I**N diébus illis: A Miléto Paulus mittens Ephesum, vocávit majóres natu Ecclésiæ. Qui cum venissent ad eum, & simul essent, dixit eis: Atténdite vobis, & univérso gregi, in quo vos Spíritus Sanctus pósuit Episcopos régere Ecclésiám Dei, quam acquisívit ságuine suo. Comméndo vos Deo, & verbo grátie ipsíus, qui potens est ædificáre, & dare hæreditátem in sanctificáti omnibus. Argéntum, & aurum, aut vestem nullus concupívi, sicut ipsi scitis: quóniam ad ea, quæ mihi opus erant, & his, qui mecum sunt, ministravérunt manus istæ. Omnia osténdi vobis, quóniam sic laborátes, opórtet suscipere infirmos, ac meminisse verbi Dómini Jesu, quóniam ipse dixit: Beátius est magis dare, quàm accipere.

**Graduale. Psalm. III. D**ispersit, dedit paupéribus: justítia ejus manet in sæculum læculi. **Ps. Ibid.** Potens in terra erit semen ejus: generatió rectórum benedicétur.

**Allelúja, allelúja.**

**Ps. Eccli. 29.** Conclúde eleemósynam in sinu páuperis, & hæc pro te exorábit ab omni malo. Allelúja.

**Post Septuagesimam, omisiss Allelúja, cum Versu sequenti, dicitur sequens Tract.**

**Tobiæ 4. E**x substántia tua fac eleemósynam, & noli avértere faciém tuam ab ullo páupere. **Ps. Ibidem.** Si multum tibi fúerit, abundánte tribue: si exíguum tibi fúerit, étiam exíguum libénte impartíri stude: præmium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitátis. **Ps. Ibidem.** Quóniam eleemósyna ab omni peccáto, & à morte liberat, & non patiéitur ánimam ire in ténebras.

Missæ SS. Hisp.



**Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. Matth. 6.**

**I**N illo témpore: Dixit Jesus discipulis suis: Nolíte thesaurizáre vobis thesauros in terra: ubi ærúgo, & tinea dæmolítur: & ubi fures effódiunt, & furántur. Thesaurizáte autem vobis thesauros in cælo: ubi neque ærúgo, neque tinea demolítur: & ubi fures non effódiunt, nec furántur. Ubi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. **Non dicitur Credo. nisi incidat in Dominicam.**

**Offertorium. Eccli. 29.** Pone thesaurum tuum in præcéptis Altíssimi, & próderit tibi magis, quàm aurum.

**Secreta.**

**P**ro sancti Confessóris tui Juliáni Dómine, solemnitate hóstiam immolámus, humíliter deprecátes: ut quod nostris méritis obtinére non póssumus, ejus, qui tibi plácuít, nobis intercessióne donétur. Per Dóminum nostrum.

**In Missis privatis fit commemor. S. Agnetis secundò.**

**Secreta.**

**S**uper has, quæsumus, Dómine, hóstias benedíctio copiósa descéndat: quæ & sanctificatióne nobis cleménte operétur, & de Mártirum nos solemnitate lætíficet. Per Dóminum.

**Communio. Lucæ 12.** Fácite vobis sacculos, qui non veteráscunt, thesaurum non deficientem in cælis: quò fur non apprópiat, neque tinea corrúmpit.

**Postcommunio.**

**C**ælestibus refécti sacraméntis, te súplices, Dómine, deprecámur: ut qui beáti Juliáni Confessóris tui atque Pontíficis solénnia recólimus, per illum sumámus indulgéntiæ largitátem. Per Dóminum.

**In Missis privatis fit commemor. S. Agnetis secundò.**

**Postcommunio.**

**S**umpsimus, Dómine, celebritátis ánnuæ svotíva sacraménta: præsta, quæsumus; ut & temporális vitæ nobis remédia præbeant, & æternæ. Per Dóminum.

Die xxix. Januarii.

**IN FESTO S. VALERII Episc. & Conf. Missa. S**tátuit ei Dóminus. **de Comuni Confess. Pontíficis, præter Orationem.**

**Oratio.**

**O**Mnípotens sempitérne Deus, qui sacram beáti Valérii Confessóris tui at-

A 3 que

que Pontificis solemnitàtem hodierna die venerari voluisti: nos famulos tuos ab omni culpa liberos esse concede; ut ejus intercessiõne ad vitam perveniámus æternam. Per Dóminum.

*Die i. Februarii.*

**IN FESTO SANCTI CÆCILII**

*Episcopi, & Martyris, Missa. Státuit de Communi unius Martyr. Pontif. prius Oratio propria; Evangelium ut in festo S. Laurentii 10. Augusti. Oratio.*

**D**eus, qui nos per beátum Cæcilium Mártirem tuum, atque Pontificem ad agnitiõnem tui nóminis venire tribuisti: concede propitius; ut per quem superni múnieris rudiménta suscepimus, per eum subsidia perpétuæ salutis impetremus. Per Dóminum nostrum.

*Die xii. Februarii.*

**IN FESTO SANGTÆ EULALIÆ**

*Virginis & mart. Patronæ Civitatis Barcinonensis.*

*Missa. Loquébar. de Communi Virginum & Martyrum. Oratio.*

**D**eus, qui nos martyrii beátæ Eulaliæ virginis & mártiris tuæ solemnitate latificas: concede propitius; ut gloriosissimis ejúsdem méritis & terréna nobis proficiant, & cœlestia desiderata provéniant. Per Dóminum nostrum.

*In Quadragesima, fit commem. Feriæ.*

*Die i. Martii.*

**IN FESTO SANCTI RUDESINDI**

*Episcopi, & Confess. Missa. Státuit ei Dóminus. de Communi Confess. Pontificis, præter Orationem sequentem, & Evangelium. Oratio.*

**P**ropitiare, quæsumus, Dómine, nobis famulis tuis per sancti Confessóris tui atque Pontificis Rudesindi mérita gloriosa: ut ejus pia intercessiõne ab ómnibus semper protegámur advérsis. Per Dóminum nostrum.

*Evang. Sint lumbi vestri. sumatur ex Missa, O s just. de Cõi Confess. non Pontif.*

*Die iii. Martii.*

**IN FESTO SS. MARTYRUM**

*Hemeterii & Celedonii, Missa. Intret in conspéctu tuo Dómine. de Communi plurimorum Martyrum.*

*Oratio.*

**D**eus, qui gloriófos mártires Hemeterium & Celedonium in tui nóminis confessiõnem roborasti: concede propitius; ut, quorum cõrpora venerámur in terris, eõrum aspéctu perfruámur in cœlis. Per Dóminum.

*In Quadragesima, fit commem. Feriæ. Graduale. Psal. 132. Ecce quàm bonum, & quàm jucundum, habitare fratres in unum.*

*V. Sicut unguentum in cápite; quod descendit in barbam, barbam Aaron.*

*Tractus. Psalm. 125. Qui seminant in lacrymis, in gáudio metent. V. Eúntes ibant, & flebant, mittentes semina sua.*

*V. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.*

*Orationes Secreta, & Postcommunio sumuntur ex Missa, Sapiéntiam Sanctorum, &c. ut in eodem Communi.*

*Die vi. Martii.*

**IN FESTO B. OLLEGARII**

*Episc. & Confess. Missa. Státuit ei Dóminus. de Communi Confess. Pontif.*

*Oratio.*

**D**eus, qui animam beáti Ollegarii Confessóris tui atque Pontificis, in cœlis cum Christo regnãntem, & corpus in terris íntegrum illæsúmque conservas: concede propitius; ut ejus intercessiõne ita in hoc mundo vivámus; ut cum Christo in glória regnãre valeámus. Qui tecum vivit.

*Die xiii. Martii.*

**IN FESTO SANCTI LEANDRI**

*Episcopi Hispalensis Confess. & Doctoris, Missa. In médio Ecclesiæ. de Communi Doctorum, sine Credo.*

*Oratio.*

**D**eus, qui Ariãnam pravitàtem doctrina sancti Confessóris tui atque Pontificis Leãndri ex Hispãnia propulisti; da plebi tuæ, ut ejúsdem méritis & precibus ab omni errorum, & viciõrum labe semper libera conservetur. Per Dóminum.

*Et fit commem. Feriæ, si fuerit in Quadragesima.*

*Die xiv. Martii.*

**IN FESTO S. FLORENTINÆ**

*virginis, Missa. Dilexisti. de Communi Virg. Et fit commem. Feriæ.*

*Die*

Die xviii. Martii.

IN FESTO S. GABRIELIS

Archangeli.

Missæ ut in fine Missalis Romani sub hac die secundo loco posita.

Eodem die fit commemoratio S. Narcissi Episcopi & Martyris.

Oratio.

**D**eus, qui beatum Narcissum martyrrem tuum atque Pontificem illustri laurea decorasti, ejusque corpus admirabili integritate clarificas: concede propitius; ut ejus deprecatione, incorrupta gaudia felicitatis æternæ consequamur. Per Dominum nostrum.

Secreta, & Postcommunio sumuntur ex Missa, Statuit ei Dominus. de Comuni unius Martyris Pontificis.

Eodem die xviii. Martii.

IN FESTO S. BRAULII

Episc. & Confess. Missa. Statuit ei Dominus. de Comuni Confess. Pontificis, præter Orationem.

Oratio.

**D**eus, qui per os beati Braulii Confessoris tui atque Pontificis, verbi tui arcana referasti, & hæreticorum spurcitas illius prædicatione confudisti: fac nos, quæsumus, famulos tuos, illius & eruditione proficere, & oratione defendi. Per Dominum nostrum.

Die iv. Aprilis.

IN FESTO SANCTI ISIDORI

Archiepiscopi Hispalensis Confess. & Doctoris.

Missæ. In medio Ecclesiæ. de Comuni Doctorum.

In Quadragesima fit commemoratio Feriæ.

Et dicitur Credo.

Die xiii. Aprilis.

IN FESTO S. HERMENEGILDI

Martyris, Missa, ut in Missali Romano, sub hac die.

Die xvi. Aprilis.

IN FESTO S. TURIBII

Asturicensis Episcopi & Confess. Missa, Statuit. de Comuni Confess. Pontificis; Orationes ex Missa, Sacerdotes tui. de eodem Comuni.

Die xvi. Aprilis.

IN FESTO SS. ENGRATIÆ

Virginis & sociorum ejus Martyrum.

In Corona Aragoniæ.

Si venerit Tempore Paschali, dicitur Missa, Sancti tui. Si extra Tempus Paschale, Missa, Intret in conspectu tuo. Quocumque verò Tempore dicuntur sequentes Orationes.

Oratio.

**R**espice, quæsumus, Domine, familiam tuam, & præsta, ut beatæ Engratiæ sociorumque ejus intercessione munita, ab omni sit culpa defensa. Per Dominum nostrum.

Secreta.

**P**reces nostras, quæsumus, Domine, propitiatus admitte, & dicatum tibi sacrificium beatæ Engratiæ Martyris, & sociorum ejus deprecatio commendet. Per Dominum.

Postcommunio.

**S**anctæ Engratiæ, & sociorum ejus precibus confidentes, quæsumus, Domine, ut per ea, quæ sumpsimus, æterna remedia capiamus. Per Dominum.

Die xxvii. Aprilis.

IN FESTO SANCTI TURIBII

Archiepiscopi Limani, & Confessoris. Missa. Statuit. de Comuni Confess. Pontificis, præter sequentia. Oratio.

**E**cclésiã tuam, Domine, beati Turibii Confessoris tui, atque Pontificis continua protectione custodi: ut sicut illum Pastorális sollicitudo gloriosum reddidit, ita nos ejus intercessio in tuo semper faciat amore ferventes. Per Dominum.

Lectio libri Sapientiæ.

Eccli. 50.

**E**cce sacerdos magnus, qui in vita sua suffulsi domum, & in diebus suis corroboravit templum. Templi etiam altitudo ab ipso fundata est, duplex ædificatio, & excelsi parietes templi. In diebus ipsius emanaverunt putei aquarum, & quasi mare adimplerent supra modum. Qui curavit gentem suam, & liberavit eam à perditione. Qui prævaluit amplificare civitatem, qui adeptus est gloriam in conversatione gentis: & ingressum domus, & atrii amplificavit. Quasi stella matutina in medio nebulae, & quasi luna plena in diebus suis lucet. Et quasi sol resurgens, sic iste effulsi in templo Dei. Quasi arcus resurgens inter nebulas gloriæ, & quasi flos rosarum in diebus vernis, & quasi lilia, quæ sunt in transitu aquæ, & quasi thus redolens

lens in diebus æstatis. Quasi ignis effulgens, & thus ardens in igne. Quasi vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso. Quasi cyprèssus in altitudinem se extollens. Circa illum coròna fratrum, & quasi plantatio cedri in monte Líbano, sic circa illum steterunt quasi rami palmæ, & omnes filii Aaron in glória sua.

Die v. Maji.

IN FESTO CONVERSIONIS

S. Augustini Episc. Confess. & Doctoris.

Introitus. Psal. 65. & 102.



Venite, & narrábo, omnes, qui timétis Deum, quanta fecit animæ meæ: misericors, & miserátor Dóminus, longánimis, & multum misericors, allelúja, allelúja.

Psal. 144. Suávis Dóminus univérſis, & miseratiónes ejus super ómnia ópera ejus. V. Glória Patri. Oratio.

Deus, qui hodiérnam diem beáti Augustini Confessóris tui atque Pontíficis mirábili Conversiõe decorásti: præsta, quæsumus; ut sicut Ecclésiã tuã propúlsis erróribus prótegit, ita corda nostra précibus suis contra malignos spíritus, tua grátia irrigante, deféndat. Per Dóminum.

Lectio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Romános. Cap. 13.

Fratres: Nox præcessit, dies autem appropinquávit: abjiciámus ergo ópera tenebrárum, & induámur arma lucis: sicut in die honestè ambulémus, non in comessatióibus, & ebrietátibus, non in cubilibus, & impudiciis: non in contentiõe, & æmulatiõe, sed induímini Dóminum Jesum Christum.

Allelúja, allelúja. V. Psal. 115. Dirupísti vincula mea: tibi sacrificábo hóstiam laudis, & nomen Dómini invocábo. Allelúja.

V. Psalm. 117. Confitebor tibi, quóniam exaudísti me: & factus es mihi in salutem. Allelúja.

Si celebretur post tempus Paschale, Graduale, Psalm. 88. Misericórdias Dómini in ætérnum cantábo. V. Ibid. In generatiõe, & generatiõe annuntiábo veritatem tuã in ore meo. Allelúja, allelúja. V. Ex Officio Auguit. Vulneráveras tu, Dómine, cor meum, charitáte tua, & gestábam verba tua in viscéribus, quasi sagittas acútas, & exémpla servórum tuó-

rum, quos de mórtuis vivos féceras, tamquam carbónes vastatóres. Allelúja.

Sequéntia sancti Evangelii secundum Matthæum. Matth. 19.

In illo témpore: Dixit Petrus ad Jesum: Ecce nos reliquimus ómnia, & secúti sumus te: quid ergo erit nobis? Jesus autem dixit illis: Amen dico vobis, quòd vos, qui secúti estis me, in regeneratiõe, cum séderit Fílius hóminis in sede majestátis suæ, sedébitis & vos super sedes duódecim, judicátes duódecim tribus Israel. Et omnis qui relíquerit domum, vel fratres, aut soróres, aut patrem, aut matrem, aut uxórem, aut filios, aut agros propter nomen meum, céntuplum accípiet, & vitam ætérnam possidebit.

Et dicitur Credo.

Offertorium. Psal. 91. Justus ut palma florebit: sicut cedrus, quæ in Líbano est, multiplicábitur, allelúja. Secreta.

Sancti Augustini Confessóris tui atque Pontíficis, quæsumus Dómine, ánnua Conversiõe ejus solémnitas pietáti tuæ nos reddat accéptos: ut per hæc piæ placatiõe officia, & illum beáta retribútiõ comitétur, & nobis grátia tuæ dona concíliet. Per Dóminum.

Communio. Matth. 11. Venite ad me omnes, qui laborátis, & oneráti estis, & ego reficiam vos, allelúja.

Postcommunio.

Deus, qui ineffábili providéntia beátum Augustinum ab errórum tenebris ad lucem Evangelicæ veritátis adduxísti: da nobis, quæsumus; ut qui ejus hódie Conversiõe colimus, eódem precánte, dona tuæ grátia sentiámus. Per Dóminum nostrum.

Die xii Maji.

IN FESTO S. DOMINICI

Calciatensis Confessoris.

Missæ. Os justis. de Comuni Conf. non Pontif. præter Orationem. Oratio.

Clementissime Deus, qui beátum Dominicum Confessórem tuum egrégis virtútibus illustrare dignátus es: concede, quæsumus; ut cujus hódie natalitia celebrámus, ejus intercessiõe a peccatórum nostrórum nexibus liberári, & illius consórtio in cœlis pèfrui mereámur. Per Dóminum nostrum.

Die xiii. Maji.

IN FESTO S. SECUNDI

Episcopi & Martyris.

Missæ. Protexisti. de Communi unius Martyris Pontificis temporis Paschalis.

Oratio. Infirmi-tatem nostram.

Si autem hoc Festum transferatur post Pentecosten, tunc dicitur Missæ. Statuit ei Dóminus. de Communi unius Martyr. Pontif. extra tempus Paschale.

Eodem die xiii. Maji.

IN FESTO S. PETRI

Regalati Confessoris, quod transfertur in aliam diem.

Missæ. Os justi. de Communi Confess non Pontif. præter Orationem. Oratio.

**D**Eus, qui dilèctum famulum tuum Petrum carne mortificatum, ad delicias gloriæ tuæ assumere dignatus es: concede propitius; ut ad delectationes, quæ in dextera tua sunt usque in finem, méritis ejus & intercessi-one pervenire valeamus. Per Dóminum.

Die xv. Maji.

IN FESTO SANCTI ISIDORI

Agricolæ Confessoris.

Introitus.

Psal. 91.



Ustus ut palma florébit, sicut cedrus Libani multiplicabitur: plantatus in domo Dómini, in átriis domus Dei nostri, allelúja, allelúja.

(Extra temp. Patch. non dicitur Allelúja.) Psalm. ibid. Bonum est confiteri Dómino, & psallere nómini tuo, Altíssime. V. Glória Patri. Oratio.

**D**A nobis, quæsumus, miséricors Deus, beato Isidoro Agrícola Confessore tuo intercedente, superbè nonsapere: sed ejus méritis, & exémpis, plácita tibi semper humilitate deservire. Per Dóminum.

Lectio Epístolæ beati Jacóbi Apóstoli.

Jacobi 5.

**F**Ratres, Patiéntes estóte usque ad adventum Dómini. Ecce agricola expéctat pretiósium fructum terræ, paciénter ferens, donec accípiat temporáneum, & ferótinum. Patiéntes igitur estóte & vos, & confirmáte corda vestra: quóniam adventus Dómini appropinquávit. Ecce beatificámus eos, qui sustinuérunt. Sufferéntiam Job audístis, & finem Dómini vidí-

stis, quóniam miséricors Dóminus est, & miserátor. Confitémini ergo alterutrum peccáta vestra, & oráte pro invicem, ut salvémini: multum enim valet deprecáti-o justí assídúa. Elías homo erat símilis nobis passíbilis: & orati-one orávit, ut non plúeret super terram, & non pluit annos tres, & menses sex. Et rursum orávit: & cœlum dedit plúviam, & terra dedit fructum suum.

Tempore Paschali, Allelúja, allelúja.

V. Psalm. III. Beátus vir, qui timet Dóminum: in mandátis ejus cupit nimis. Allelúja.

V. Osee 14. Justus germinábit sicut lílium: & florébit in ætérnum ante Dóminum. Allelúja.

Extra tempus Paschale; Graduale.

Psal. 36. Os justí meditábitur sapiéntiam, & lingua ejus loquétur judícium. V. Lex Dei ejus in corde ipsíus: & non supplantábuntur gressus ejus. Allelúja, allelúja.

V. Psalm. III. Beátus vir, qui timet Dóminum: in mandátis ejus cupit nimis. Allelúja.



Sequéntia sancti Evangélii secúndum Joánnem. Joan. 15.

**I**N illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Ego sum vitis vera: & Pater meus agricola est. Omnem pálmitem in me non feréntem fructum, tollet eum: & omnem, qui fert fructum, purgábit eum, ut fructum plus áfferat. Jam vos mundi estis propter sermónem, quem locútus sum vobis. Manéte in me, & ego in vobis: Sicut palmes non potest ferre fructum à semet-ípsó, nisi mánserit in vite: sic nec vos, nisi in me manséritis. Ego sum vitis, vos pálmities: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potéstis fácere. Si quis in me non mánserit, mittétur foras sicut palmes, & aréscet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Si manséritis in me, & verba mea in vobis mánserint: quodcúm-que voluéritis, petétis, & fiet vobis.

Offertorium. Psalm. 20. In virtúte tua, Dómine, lætábitur justus, & super salutáre tuum exultábit veheménter; desidérium animæ ejus tribuísti ei, allelúja. Secreta.

**P**ropitiáre, Dómine, supplicati-onibus nostris, & has pópuli tui oblati-ones benignus assúme: ut intercedente beato Isidoro Confessore tuo, quod fideliter pétimus, effícaciter consequámur. Per Dóminum.

Com-

**Communio. Matth. 19.** A men dico vobis, quod vos, qui reliquistis omnia, & secuti estis me, centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis, allelúja.

**Postcommunio.**

**S**it nobis, Dómine, reparatio mentis, & corporis cœlestis mysterium: & præsta; ut sancti Isidori Confessoris tui, cujus exequimur cultum, sentiamus effectum. Per Dóminum nostrum.

*Die xv. Maji.*

**Vel primâ die non impedita post Festum S. Isidori Agricolæ.**

**IN FESTO S. TORQUATI**  
**Episcopi, & Martyris. Introitus.**



Audeamus omnes in Dómino, diem festum celebrantes, sub honore beati Torquati Martyris: de cujus passione gaudent Angeli, & collaudant Filium Dei, allel.all.

**Psal. Exultate justi in Dómino: rectos decet collaudatio. V. Glória Patri. Oratio.**

**D**eus, qui nos per beatum Torquatium Martyrem tuum, atque Pontificem ad agnitionem tui nominis venire tribuisti: concede propitius; ut cujus natalitia colimus, de ejusdem etiam protectione gaudeamus. Per Dóminum.

**Lectio libri Sapientie.****Sap. 5.**

**S**tabunt justi in magna constantia adversus eos, qui se angustiaverunt, & qui abstulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis, dicentes intra se, poenitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes: Hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperii. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore: ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter Sanctos fors illorum est. Allelúja, allelúja.

**V. Posuisti, Dómine, super caput ejus coronam de lapide pretioso. Allelúja.**

**V. Beatus Torquatus, primus Accitanorum Pontifex hodie coronatus, cum Christo regnat in æternum. Allelúja.**



**Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. Joan. 15.**

**I**n illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Ego sum vitis vera; & Pater meus

agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum: & omnem, qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat. Jam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis. Manete in me, & ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite: sic nec vos, nisi in me manseritis. Ego sum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & ardescet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint: quodcumque volueritis, petetis, & fiet vobis.

**Offertorium.** Confitebuntur cœli mirabilia tua, Dómine, & veritatem tuam in Ecclesia Sanctorum, allelúja, allelúja.

**Secreta.**

**G**rata tibi sit, Dómine, nostræ servitutis Oblatio: pro qua Sanctus Antistes Torquatus precator accedat. Per Dóminum.

**Communio.** Lætabitur justus in Dómino, & sperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde, allelúja, allelúja.

**Postcommunio.**

**F**ideles tuos, Dómine, quæ sumpsimus, Sacramenta custodiant: & qui beati Torquati Martyris tui, atque Pontificis prædicatione ad fidem pervenimus; ejus quoque meritis discamus terræna despiciere, & amare cœlestia. Per Dóminum.

**Extra tempus Paschale, Missa. Stáuit. ut in Communi unius Martyris Pontificis, præter Orationes proprias, ut supra.**

*Die xv. Maji.*

**IN FESTO SANCTI INDALETII**

**Episcopi, & martyris.**

**Si fuerit tempore Paschali dicitur Missa, Protexisti me Deus. de Communi Mart. temp. Paschalis, præter Orationem sequentem. Extra Temp. Pasch. Missa, Stáuit. de Communi unius Mart. Pontif. præter Orationem propriam. Oratio.**

**D**eus, qui nobis ad primitias fidei propagandas, beatum Indaletium Martyrem tuum, atque Pontificem tribuere dignatus es: da quæsumus; ut quem festivo veneramur obséquio, ejus intercedentibus meritis, æterna gaudia consequamur. Per Dóminum nostrum.

*Die*

Die xvi. Maji.

IN FESTO SANCTI JOANNIS  
Nepomuceni Martyris.

Omnia ponuntur circa finem Missalis  
Romani sub hac die.

Die xvii. Maji.

IN FESTO S. PASCALIS  
Baylon Confess. Introitus. Psal. 36.



S justi meditabitur sapien-  
tiam, & lingua ejus loquetur  
judicium: lex Dei ejus in  
corde ipsius, allelúja, allel.  
Psal. ibid. Noli æmulári in  
malignántibus: neque zelá-

veris faciéntes iniquitátem. *V.* Glória  
Patri. *Oratio.*

**D**EUS, qui beátum Paschálem Confes-  
sorem tuum mirífica erga Córporis &  
Sánguinis tui sacra mystéria dilectiône de-  
corásti: concéde propítius; ut quam ille ex  
hoc divíno convívio spíritus percépit pin-  
guédinem, eámdem & nos percípere me-  
reámur. Qui vivis & regnas.

*Lectio libri Sapiéntiæ. Eccli. 31.*

**B**EÁTUS vir, qui invéntus est sine mácu-  
la, & qui post aurum non ábiit, nec  
sperávit in pecúnia, & thesáuris. Quis est  
hic, & laudábimus eum? fecit enim mira-  
bilia in vita sua. Qui probátus est in illo, &  
perféctus est, erit illi glória æténa: qui pó-  
tuit tránsgrèdi, & non est tránsgréssus; fá-  
cere mala, & non fecit: idéò stabilita sunt  
bona illius in Dómino, & elemósynas il-  
lius enarrábit omnis Ecclésia sanctorum.

*Grad. Psal. 91. Justus ut palma florebit: sicut  
cedrus Líbani multiplicábitur in domo Dñi.*

*V. ibid. Ad annuntiándum manè misericór-  
diam tuam, & veritátem tuam per noctem.*

*Allelúja, allelúja. V. Jac. 1. Beátus vir, qui  
suffert tentatióem: quóniam cùm probá-  
tus fúerit, accípiet corónam vitæ. Allelúja,*

*Tempore Paschali, omisso Graduali, &  
V. seq. dicitur Allelúja, allel. V. Jac. 1. Beá-  
tus vir, qui suffert tentatióem: quóniam*

*cùm probátus fúerit, accípiet corónam vi-  
tæ. Allelúja. V. Eccli. 45. Amávit eum  
Dóminus, & ornávit eum: stolam glóriæ  
índuit eum. Allelúja.*



*S*equéntia sancti Evangélii secún-  
dum Matthæum. *Matth. 11.*

**I**N illo témpore: Respóndens Jesus, di-  
xit: Confíteor tibi Pater, Dómine cœ-

li terræ, quia abscondísti hæc à sapiéntibus  
& prudéntibus, & revelásti ea párvulis.  
Ita Pater: quóniam sic fuit plácitum ante  
te. Omnia mihi trádita sunt à Patre meo.  
Et nemo novit Fílium, nisi Pater: neque  
Patrem quis novit, nisi Fílius, & cui vo-  
lúerit Fílius reveláre. Veníte ad me om-  
nes, qui laboráti, & oneráti estis, & ego  
reficiam vos. Tóllite jugum meum super  
vos: & discite à me, quia mitis sum, &  
húmilis corde: & inveniétis réquiem áni-  
mábus vestris. Jugum enim meum suáve  
est, & onus meum leve.

*Offertorium. Psal. 88. V. Éritas mea, & mise-  
ricórdia mea cum ipso: & in nómine meo  
exaltábitur cornu ejus, allelúja. Secreta.*

**A**Ccépta sit tibi, Dómine, hæc hóstia  
aplatiόνis, & laudis: & præsta, ut qui  
tuum júgiter implorámus auxílium, beáti  
Paschális intercessiône, quod fidéliter péti-  
mus, effícaciter consequámur. Per Dñm.

*Communio. Matth. 24. Beátus servus,  
quem, cùm vénerit dóminus, invénerit vi-  
gilántem: amen dico vobis, super ómnia bo-  
na sua constituet eum. Postcommunio.*

**C**ORPORIS tui sacri, & pretiósí SÁNGUINIS  
repléti libámine, quæsumus, Dómine  
Deus noster: ut intercedénte beáto Pas-  
chálem Confessóre tuo, cœléstis beatitúdi-  
nis tríbue nos esse consórtes. Qui vivis &  
regnas, &c.

Die xxx. Maji.

IN FESTO B. FERDINANDI  
Tertii, Regis Castellæ & Legionis.

*Missæ. Justus ut palma. de Comuni  
Confess. non Pontificis. Oratio.*

**D**EUS, qui beáto Confessóri tuo Fer-  
dinádo præliári prælia tua, & Fí-  
dei inimicos superáre dedísti: concéde,  
ut ejus nos intercessiône muníti, ab hósti-  
bus mentis & cörperis liberémur. Per  
Dóminum nostrum.

*Fit commemor. S. Felicis Papæ & mart.*

Die xvi. Junii.

IN FESTO S. JO: FRANCISCI  
Regis, & Societate Jezu, Contes.

*Missæ. Os justis. de Comuni Conf. non  
Pontif. præter Orationem seq. Oratio.*

**D**EUS, qui ad plúrimos pro salúte ani-  
márum perferéndos labóres beátum  
Joánnem Francíscum Confessórem tuum  
mirábili charitáte, & invícta paciéntia de-  
corá-

corasti: concede propitius; ut ejus exemplis instructi, & intercessionibus adjuti, æternæ vitæ præmia consequamur. Per Dóminum nostrum.

*Die xviii. Junii.*

IN FESTO SS. MARTYRUM

*Cyriaci, & Paulæ virginis.*

*Missæ. Intret in conspectu. de Communi plurimorum Martyrum. Oratio.*

**P**restata quaesumus, omnipotens Deus, ut familia tua, quæ Sanctorum Martyrum tuorum Cyriaci, & Paulæ triumphis gloriatur, fiat in Christitui amore ferventior: & quos Patronos veneratur in terris; pios apud te intercessores habere mereatur in cælis. Per eundem Dóminum.

*Fit commem. SS. Marci, & Marcelliani.*

*Die vii. Julii.*

IN FESTO S. FIRMINI EPISCOPI  
& Martyris. *Introitus.*



**G**audemus omnes in Domino, diem festum celebrantes, sub honore beati Firmini: de cujus solemnitate gaudent Angeli, & collaudant Filium Dei.

*Psal. 47. Magnus Dóminus, & laudabilis nimis, in civitate Dei nostri, in monte sancto ejus. V. Glória Patri. Oratio.*

**D**eus, qui nos beati Firmini Martyris tui, atque Pontificis, annua solemnitate lætificas: concede propitius; ut cujus natalitia colimus, de ejusdem etiam protectione gaudeamus. Per Dóminum.

*Lectio Epistolæ B. Jacobi Apostoli. Jac. 2.*

**C**harissimi, Omne gaudium existimate, cum in tentationes varias inciditis: scientes, quod probatio fidei vestræ patientiam operatur. Patientia autem opus perfectum habet, ut sitis perfecti, & integri, in nullo deficientes. Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei. Postulet autem in fide, nihil hæsitans: qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui à vento movetur, & circumfertur: non ergo æstimet homo ille, quod accipiat aliquid à Domino. Vir duplex animo, incónstans est in omnibus viis suis. Gloriatur autem frater humilis in exaltatione sua; dives autem in humilitate sua; quoniam sicut flos fœni

transibit: exortus est enim sol cum ardore, & arefecit fœnum, & flos ejus decidit, & decor vultus ejus depéruit; ita & dives in itineribus suis marcéscet. Beatus vir, qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.

*Graduale. Glória, & honore coronasti eum. V. Et constituisti eum super opera manuum tuarum Domine.*

*Allelúja, allelúja. V. Hic est Sacerdos, quem coronavit Dóminus. Allelúja.*

*Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. Joan. 12. d.*

**I**n illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Amen, amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mórtuum fuerit, ipsum solum manet. Si autem mórtuum fuerit, multum fructum affert. Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Si quis mihi ministrat, me sequatur; & ubi sum ego, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus, qui est in cælis.

*Offertorium. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum. Secreta.*

**M**unera tibi, Domine, dicata sanctifica: & intercedente beato Firmino Martyre tuo, atque Pontifice, per eadem nos placatus intende. Per Dóminum.

*Communio. Posuisti Domine in capite ejus coronam de lapide pretioso.*

*Postcommunio.*

**H**æc nos communitio, Domine, purget à crimine: & intercedente beato Firmino Martyre tuo, atque Pontifice, cœlestis remedii faciat esse consortes. Per Dóminum nostrum.

*Die xvi. Julii.*

IN FESTO TRIUMPHIS. CRUCIS.

*Introitus.*



**V**enite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi, allelúja, allelúja.

*Psalms. Cantate Domino canticum novum: quia mirabilia feci. V. Glória Patri.*

*Ora-*

## Oratio.

**D**Eus, qui per Crucem tuam pópulo in te credenti, triúmphum contra inimicos concedere voluisti: quæsumus ut tua pietate adorantibus crucem, victoriam semper tribuas, & honorem. Qui vivis & regnas.

**L**ectio Epístolæ beati Pauli Apóstoli ad Galatas. **Cap. 6.**

**F**Ratres, Mihi autem absit glóriari, nisi in Cruce Dómini nostri Jesu Christi; per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. In Christo enim Jesu, neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed nova creatúra. Et quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, & misericórdia, & super Israel Dei. De cetero nemo mihi molestus sit; ego enim stigmata Dómini Jesu in corpore meo porto. Grátia Dómini nostri Jesu Christi cum spíritu vestro, fratres, Amen.

**Graduale.** Hæc dies quam fecit Dóminus, exultemus, & lætemur in ea.

**V.** Dextera Dómini fecit virtutem, dextera Dómini exaltavit me: dextera Dómini fecit virtutem. **Allelúja, allelúja.**

**V.** O quam gloriósum est regnum, in quo cum Christo regnant omnes sancti, amici stolis albis, & sequuntur Agnum quocúmque ierit. **Allelúja.**

**Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. **Luc. 21.****

**I**N illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Cum audieritis prælia & seditiones, nolite terreri: oportet primum hæc fieri, sed nondum statim finis. Tunc dicebat illis: Surget gens contra gentem, & regnum adversus regnum. Et terræ motus magni erunt per loca, & pestilentia, & fames, terrorisque de cælo, & signa magna erunt. Sed ante hæc omnia injicient vobis manus suas, & persequentur, tradentes in synagogas, & custodias, trahentes ad reges, & præsides propter nomen meum: continget autem vobis in testimonium. Pónite ergo in cordibus vestris, non præmeditari quemadmodum respondeatis. Ego enim dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere, & contradicere omnes adversarii vestri. Trademini autem a parentibus, & fratribus, & cognatis, & amicis, & morte afficient ex vobis, & eritis odio omnibus propter

nomen meum: & capillus de capite vestro non peribit. In patientia vestra possidebitis animas vestras. **Et dicitur Credo.**

**Offertorium.** Dextera Dómini fecit virtutem, dextera Dómini exaltavit me: dextera Dómini fecit virtutem: non moriar, sed vivam, & narrabo opera Dómini.

## Secreta.

**S**acrificium, Dómine, quod tibi immolamus, placatus intende: ut ab omni nos eruat bellorum nequitia: & per vexillum sanctæ Crucis Filii tui, ad contendas adversariorum insidias, nos in tuæ protectionis securitate constituat. Per eundem Dóminum.

**Præfatio de Cruce.** Qui salutem.

**Communio.** Benedicimus Deum cæli, & coram omnibus viventibus confitebimur ei: quia fecit nobiscum misericordiam suam.

## Postcommunio.

**E**xaudi nos Deus salutaris noster: & per triúmphum sanctæ Crucis a cunctis nos defende periculis. Per Dóminum.

Die xvi. Julii.

**Aut alia die non impedita.**

**I N F E S T O**

**Commemorationis Solemnis B. Mariæ Virginis de Monte Carmelo, Missa ut in Missali Romano sub hac die.**

Die xx. Julii.

**I N F E S T O S. L I B E R A T Æ**

**virg. & mart.**

**Introitus.**



Audeamus omnes in Dómino, diem festum celebrantes, sub honore beatae Liberatae Virginis & Martyris, de cujus solemnitate gaudent Angeli, & collaudant Filium Dei.

**Palm. 44.** Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi.

**V.** Glória Patri.

**Oratio.**

**B**eatæ Liberatæ virginis & martyris tuæ, quæsumus, Dómine, precibus & méritis adjuvemur: ut quæ pro tui nominis confessione, & pudicitia defensione in Cruce pepéndit, ab inimicorum insidiis, sua nos protectione defendas. Per Dóminum nostrum.

**Reliqua de Missa.** Loquebar. præterquam Evang. quod dicitur de Missa. Me expectaverunt. & sit commem. S. Margaritæ, in Missis privatis tantum.

¶ Fe-

**Festum S. Francisci Solani, Duplex, transfertur ad primam diem non impeditam: & dicitur Missa. Os justi. de Comuni Confessoris non Pontificis.**

Die xxiv. Julii.

**IN VIGILIA S. JACOBI**  
Apostoli & Hispaniarum Apostoli  
& Patroni. **Introitus.**



Rocédens Dóminus juxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Jacobum Zebedæi, & Joannem fratrem ejus in navi cum Zebedæo patre eorum, reficientes rétia sua, & vocavit eos. **Psalmus.** Cœli enarrant glóriam Dei: & ópera mánuum ejus annúntiat firmaméntum. **V.** Glória Patri.

**Oratio.**

**D**A quæsumus, omnipotens Deus, ut beati Jacobi Apóstoli tui, quam prævenimus veneranda solénnitas, & devotiõnem nobis áugeat, & salutem. Per Dóminum nostrum.

**Et fit commem. sanctæ Christinæ virg. & mart. & tertia Oratio erit de B. Maria, Concède nos. ut in Missali Romano.**

**Lectio libri Sapiéntiæ. Eccli. 44.**

**B**enedictio Dómini super caput justi. Ideò dedit illi Dóminus hæreditátem, & divisit illi partem in tribubus duódecim: & invenit grátiam in conspéctu omnis carnis. Similem illum fecit in glória Sanctorum, & magnificávit eum in timóre inimicorum. Qui in diébus suis non pertínuit príncipem, & potentia nemo vicit illum; nec sperávit illum verbum áliquod, & mórtuum prophetávit corpus ejus. Qui eréxit nobis muros everfos, & stare fecit portas, & seras. Qui eréxit domos nostras, firmaméntum gentis, stabiliméntum pópuli. Et ossa ipsius visitata sunt, & post mortem prophetáverunt.

**Graduale.** Nímis honoráti sunt amíci tui, Deus: nímis confortátus est principátus eorum. **V.** Dinumerábo eos, & super arénam multiplicábúntur.



Sequéntia sancti Evangélii secundum Marcum. **Marc. 3.**

**I**N illo témpore: Ascéndens Jesus in montem, vocávit ad se, quos voluit ipse: & venerunt ad eum. Et fecit ut essent duódecim cum illo: & ut mitteret

eos prædicáre, & dedit illis potestátem curánda infirmitates, & ejiciénda dæmónia. Et impósuit Simóni nomen Petrus, & Jacobum Zebedæi, & Joannem fratrem Jacobi, & impósuit eis nómina Boanerges, quod est, Filii tonitruí: & Andréam, & Philíppum, & Bartholomæum, & Matthæum, & Thomam, & Jacobum Alphæi, & Thaddæum, & Simónem Chananæum, & Judam Iscariótem, qui & tradidit illum. Et véniunt ad domum, & convénit iterum turba, ita ut non possent neque panem manducáre.

**Offertorium.** **G**lória, & honóre coronásti eum, & constituísti eum super ópera mánuum tuárum, Dómine. **Secreta.**

**A**postólici reveréntia cúlminis offeréntes tibi sacra mystéria, Dómine, quæsumus, ut beati Apóstoli tui Jacobi suffrágiis, cujus natalítia prævenimus, plebs tua semper & sua vota deprómat, & desideráta percípiat. Per Dóminum.

**Communio.** Vocávit Dóminus Jacobum Zebedæi, & Joannem fratrem ejus, & impósuit eis nómina Boanerges, quod est, filii tonitruí. **Postcommunio.**

**S**ancti Apóstoli tui Jacobi, quæsumus, Dómine, supplicatióne placátus, & véniam nobis tribue, & remédia sempitérna concède. Per Dóminum.

Die xxvii. Julii.

**IN FESTO S. PANTALEONIS**  
martyris, **Missa.** **L**ætábitur justus in Dómino. **de Comuni unius Martyris non Pontif. præter Orationem sequentem.**

**Oratio.**

**D**eus, qui beátum Pantaleónem Mártirem tuum vária torménta superáre fecísti, & pro persecutóribus exoráre: concède propítius; ut qui ejus implorámus auxiliúm, misericórdiæ tuæ sentiámus effectum. Per Dóminum.

**Et fit commem. Oct. S. Jacobi; & dicitur Credo. & Præfatio de Apostolis, propter Octavam.**

Dominica proximiori Kalendis Augusti.

**IN FESTO BEATÆ MARIÆ**  
de Mercede.

**Missa, ut in festo S. Mariæ ad Nives. Prima Oratio sequens.**

**D**eus, qui per gloriosíssimam Filii tui Matrem ad liberándos Christi fideles

à po-

à potestâte Paganorum nova Ecclesiâ tuam prole amplificâre dignatus es: præsta quæsumus; ut, quam piè venerâmur tanti operis Institutricem, ejus pariter méritis & intercessiõne à peccâtis omnibus, & captivitâte dæmonis liberemur. Per eumdem Dóminum.

**Et fit commem. Dominicæ; & in fine Missæ Evangelium ejusdem.**

Die ii. Augusti.

**IN FESTO S. PETRI**

**Episcopi Oxomensis, & Confessoris.**

**Missæ. Státuit. de Comuni Conf. Pontificis. Prima Oratio sequens.**

**D**A quæsumus omnipotens Deus: ut beâti Petri Confessoris tui atque Pontificis venerânda solémnitas, & devotiõnem nobis áugeat & salutem. Per Dóminum nostrum.

Die ix. Augusti.

**IN FESTO SS. JUSTI, & PASTORIS**

**Martyrum. Introitus. Psal. 112. & 132.**



Audate pueri Dóminum, laudate nomen Dómini: qui habitâre facit fratres in unum. **Psalmus 118.** Beâti immaculâti in via: qui ambulânt in lege Dómini.

**Ps.** Glória Patri.

**Oratio.**

**D**EUS lactentium fides, spes infántium, charitas puerorum, qui per innocentium tuorum Justi, & Pastoris laudem, cunctos próvocas ad salutem: infunde in nobis, quæsumus, puritatem lactentis infántiæ; ut dum sensu justitiæ, párvulis adæquâmur, in illa remuneratiõne fidelium, cum Sanctis pariter gloriemur. Per Dóminum.

**Pottea fit commem. Vigiliæ S. Laurentii, ac S. Romani mart. in Missis privatis tantum, ut in Missali.**

**Lectio libri Apocalypsis beâti Joânnis Apóstoli. Apoc. 7.**

**I**N dièbus illis: Respondit unus de senioribus, & dixit mihi: Hi, qui amicti sunt stolis albis, qui sunt? & unde venerunt? Et dixit illi: Dómine mi, tu scis. Et dixit mihi: Hi sunt, qui venerunt de tribulatiõne magna, & laverunt stolas suas, & dealbaverunt eas in sanguine Agni. Ideò sunt ante thronum Dei, & serviunt ei die ac nocte in templo ejus: & qui sedet in throno, habitabit super illos: non esuriunt, neque si-

tient amplius, nec cadet super illos sol, neque ullus æstus: quóniam Agnus, qui in médio throni est, reget illos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum, & absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum.

**Graduale. Psal. 132.** Ecce quàm bonum, & quàm jucundum habitâre fratres in unum.

**Ps. Ibid.** Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron.

**Allelúja, allel. Ps.** Hæc est vera fraternitas, quæ vicit mundi crimina: Christum secuta est, inclyta tenens regna cœlestia. Allelúja.



**Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. Matth. 11. d**

**I**N illo tempore respondens Jesus, dixit: Confiteor tibi Pater, Dómine cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & revelasti ea párvulis. Ita Pater: quóniam sic fuit placitum ante te. Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Et nemo novit Filium, nisi Pater: neque Patrem quis novit, nisi Filius, & cui voluerit Filius revelare. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite jugum meum super vos: & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde: & inveniatis requiem animabus vestris. Jugum enim meum suave est, & onus meum leve.

**Offertorium. Psalm. 67.** Mirabilis Deus in Sanctis suis: Deus Israel ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suæ: benedictus Deus, allelúja. **Secreta.**

**S**uscipe, Dómine, oblationes populi tui in solémnitate sanctorum Martyrum tuorum Justi, & Pastoris: ut eorum præsidio adjutus, salutem consequatur æternam. Per Dóminum.

**Pottea fit commem. Vigiliæ S. Laurentii, ac S. Romani mart. ut in Missali.**

**Communio. Sap. 3.** Et si coram hominibus tormenta passi sunt, Deus tentavit eos: tamquam aurum in fornace probavit eos, & quasi holocausta accepit eos.

**Pottcommunio.**

**S**acramenta, quæ sumpsimus, Dómine, intercessiõne innocentium tuorum Justi, & Pastoris, ab omnibus nos tueantur adversis: & gaudiis faciant perfrui sempiternis. Per Dóminum.

**Pottea fit commem. Vigil. S. Laurentii, ac S. Romani, ut in Missali.**

**In fine Missæ Evang. Vigil. ut in Missali.**

Die

Die xxvii. Augusti.

IN FESTO S. TERESIÆ  
virginis, secundò.Missæ. **D**ilexisti iustitiam. de Comuni  
Virginum, præter Orationem. Oratio.**D**eus, qui illibata præcordia beatæ vir-  
ginis Teresiæ Sponsæ tuæ, ignito jactu  
transfixisti, & charitatis victimam con-  
secrasti: ipsa interveniente, concede; ut  
corda nostra ardore sancti Spiritus ferveat,  
& Te in omnibus super omnia diligant.  
Qui vivis, & regnas cum Deo Patre in uni-  
tate ejusdem Spiritus, &c.

Die xxx. Augusti.

IN FESTO S. ROSÆ A S. MARIA  
virginis Limanæ.Missæ. **D**ilexisti. de Comuni Virg. præ-  
ter Orationem sequentem. Oratio.**B**onorum omnium largitor omnipotens  
Deus, qui beatam Rosam, cœlestis  
gratiæ rore præventam, virginitatis & pa-  
tientiae decore Indis florere voluisti: da  
nobis famulis tuis; ut in odorem suavitatis  
ejus currentes, Christi bonus odor effici  
mereamur. Qui tecum vivit.Et fit commemor. SS. Martyrum Felicis  
& Adacti, ut in Missali.

Die ii. Septembris.

IN FESTO S. ANTONINI  
Martyris, Missæ. In virtute tua. de Com-  
muni unius Martyris non Pontificis, præ-  
ter sequentia. Oratio.**O**mnipotens sempiternæ Deus, qui hunc  
diem beati Antonini martyris tui solem-  
nitatem clarificas: exaudi preces populi tui, &  
præsta; ut quæ fideliter expetit, eo suffra-  
gante consequi mereatur. Per Dominum.Evangelium. **N**isi granum frumenti, &c.  
ut in festo S. Laurentii mart. die x. Au-  
gusti in Missali.

Die iv. Septembris.

IN FESTO SANCTÆ ROSALIÆ  
Panormitanæ virginis.Missæ. **D**ilexisti iustitiam. de Commu-  
ni Virginum primo loco. Oratio.**E**xaudi nos, Deus salutaris noster, ut  
sicut de beatæ Rosaliæ virginis tuæ fe-  
stivitate gaudemus, ita piæ devotionis eru-  
diamur affectu: & ejus intercessione ab  
iracundiæ tuæ flagellis misericorditer libe-  
remur. Per Dominum.

Die v. Septembris.

INFESTO COMMEMORATIONIS  
S. Juliani Episcopi & Confessoris.Introitus. **Eccli. 45.****T**atuit ei Dominus testamén-  
tum pacis, & principem fecit  
eum: ut sit illi sacerdotii di-  
gnitas in aeternum.**Plal. 131. Meménto Dómi-  
ne, David, & omnis man-  
suetudinis ejus. Gloria Patri. Oratio.****D**eus, qui nos beati Juliani Confessoristui atque Pontificis veneranda Com-  
memoratione lætificas: excita in nobis, quæ-  
sumus, ejus spiritum innocentiae, & charitatis;  
& præsta, ut cujus recolimus mérita, per  
ejus ad te gradiamur exempla. Per Dñm.**Lectio** Epistolæ beati Pauli Apóstoli ad  
Corinthios. **2. Cor. 8. b****F**ratres, Scitis gratiam Domini nostri  
Jesu Christi, quoniam propter vos egé-  
nus factus est, cum esset dives, ut illius inó-  
pia vos divites essetis. Et consilium in hoc  
do: hoc enim vobis utile est, qui non solum  
facere, sed & velle cœpistis ab anno priore:  
nunc verò & facto perficite: ut quemad-  
modum promptus est animus voluntatis,  
ita sit, & perficiendi ex eo, quod habetis.  
Si enim voluntas prompta est, secundum  
id, quod habet, accepta est, non secundum  
id, quod non habet. Non enim ut aliis sit  
renissio, vobis autem tribulatio, sed  
ex æqualitate. In presenti tempore vestra  
abundantia illorum inopiam suppleat: ut  
& illorum abundantia vestræ inopiæ sit sup-  
plementum, ut fiat æqualitas, sicut scri-  
ptum est: Qui multum, non abundavit:  
& qui modicum, non minoravit.**Graduale. Eccli. 44. Ecce sacerdos ma-  
gnus, qui in diebus suis placuit Deo.****V. ibid. Non est inventus similis illi, qui con-  
servaret legem Excelsi. Allelúja, allelúja.****V. Plal. 109. Tu es sacerdos in aeternum, se-  
cundum ordinem Melchisedech. Allelúja.****Sequentia sancti Evangelii secun-  
dum Lucam. Luc. 12. d****I**n illo tempore: Dixit Jesus discipulis  
suis: Nolite timere pusillus grex, quia  
complacuit Patri vestro dare vobis re-  
gnum. Vendite, quæ possidetis, & date  
elemosynam. Facite vobis sacculos, qui  
non veterascunt, thesaurum non deficientem  
in cœlis: quò fur non appropriat, neque  
tinea

tinea corrumpit. Ubi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit.

**Offertorium. Psal. 88.** Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum.

**Secreta.**

**P**ro sancti Confessoris tui Juliáni, Dómine, Commemoratione hostiam immolamus, humiliter deprecantes: ut quod nostris méritis obtinere, non possumus, ejus qui tibi placuit, nobis intercessione donetur. Per Dóminum.

**Communio. Luc. 12.** Facite vobis sacculos qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cælis: quod fur non appropriat, neque tinea corrumpit.

**Postcommunio.**

**C**ælestibus refecti sacramentis, te supplices, Dómine, deprecamur: ut qui beati Juliáni Confessoris tui, atque Pontificis Commemorationem recolimus, per illum sumamus indulgentiæ largitatem. Per Dóminum nostrum.

*Dominica tertia Septembris.*

**IN FESTO SEPTEM DOLORUM**

**Beatæ Virginis Mariæ.**

**Missæ dicitur, ut in Festo Septem Dolorum, quæ ponitur in Missali pro Feria sexta post Dominicam Passionis, præter Orationem sequentem.**

**Oratio.**

**D**eus, in cujus passione secundum Simeonis prophetiam, dulcissimam animam gloriôsæ virginis & matris Mariæ doloris gladius pertransivit: concede propitius; ut qui dolores ejus venerando recolimus, passionis tuæ effectum felicem consequamur. Qui vivis & regnas, &c.

**Et fit commem. Dominicæ currentis.**

**Post Epistolam dicitur Graduale, duo Allelúja, & Ps. seq. Postea Sequentia. Stabat Mater dolorosa. qua finita, dicitur unum Allelúja.**

**In fine Missæ legitur Evangelium Dominicæ currentis.**

*Die xvii. Septembris.*

**IN FESTO B. PETRI**

**de Arbues Martyris. Introitus.**



**I**n virtute tua, Dómine, lætabitur justus: & super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium animæ ejus tribuisti ei.

**Psal. Quoniam præveni-**

Missæ SS. Hisp.

sti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. **Ps. Gloria Patri.**

**Oratio.**

**P**raesta, quæsumus omnipotens Deus, ut beati Petri martyris tui fidem congrua devotione sectemur: qui pro ejusdem fidei defensione, martyrii palmam meruit obtinere. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

**Lectio libri Sapiëntiæ.**

**Sap. 10. b**

**J**ustum deduxit Dóminus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei, & dedit illi scientiam Sanctorum: honestavit illum in laboribus, & complévit labores illius. In fraude circumvenientium illum affuit illi: & honestum fecit illum. Custodivit illum ab inimicis, & à seductoribus tutavit illum, & certamen forte dedit illi, ut vinceret, & sciret, quoniam omnium potèntior est sapiëntia. Hæc venditum justum non dereliquit, sed à peccatoribus liberavit eum: descenditque cum illo in foveam, & in vinculis non dereliquit illum, donec afferret illi sceptrum regni, & potèntiam adversus eos, qui eum deprimebant: & mendaces ostendit, qui maculaverunt illum, & dedit illi claritatem æternam Dóminus Deus noster.

**Graduale. Beatus vir, qui timet Dóminum: in mandatis ejus cupit nimis.**

**Ps. Potens in terra erit semen ejus: generatio rectorum benedicetur. Allelúja, allelúja.**

**Ps. Posuisti Dómine super caput ejus coronam de lapide pretioso. Allelúja.**



**Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. Matth. 10.**

**I**n illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nihil est opertum, quod non revelabitur; & occultum, quod non sciatur. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicæ super tecta. Et nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum, qui potest, & animam, & corpus perdere in gehennam. Nonne duo passeræ asse vaneunt: & unus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro? Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis vos. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cælis est.

**B**

**Of**

**Offertorium.** Glória & honóre coronásti eum: & constituísti eum super ópera mánuum tuárum, Dómine. *Secreta.*

**M**Unéribus nostris, quæsumus, Dómine, precibúsq; suscéptis: & cœlestibus nos munda mystériis, & cleménter exáudi. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

**Communio.** Qui vult veníre post me, abneget semetípsum: & tollat crucem suam, & sequátur me. *Postcommunio.*

**D**A, quæsumus, Dómine Deus noster: ut sicut tuórum commemoratióne sanctorum, temporáli gratulamur officio; ita perpétuò lætémur aspéctu. Per Dóminum.

*Die xxiii. Septembris.*

**IN FESTO S. THECLÆ**  
virginis, & mart. *Introitus.*



Audeámus omnes in Dómino, diem festum celebrántes, sub honóre beátæ Theclæ, de cujus solemnitate gaudent Angeli, & collaudant Filium Dei.

**Psalm. 95.** Cantáte Dómino canticum novum: cantáte Dómino omnis terra.

**V.** Glória Patri. *Oratio.*

**D**Eus, pro cujus nóminis glória, magnum certámen passiónum beáta Thecla virgo, & martyr tua, foeminárum prima, invícta fide sustínuit: da nobis, ejúsdem fidei imitatióne, próspéra mundi despícere, & nulla ejus advérsa formidáre. Per Dóminum nostrum.

**Epístola.** Confitébor tibi Dñe, Rex, &c. **cum Evangelio.** Símile erit regnum cœlorum decem virgínibus. **sumuntur ex Missa.** Loquébar. **de Comuni Virg. & Martyrum, præter Orationes sequentes.**

**Dicitur.** Credo, per totam Octavam:

**Offertorium.** Psalm. 44. Afferéntur Regi virgines post eam: próximæ ejus afferéntur tibi in lætítia & exultatióne, adducéntur in templum Regi Dómino. *Secreta.*

**H**æchóstia, Dómine, placatiónis, & laudis, quæsumus, ut interveniénte beáta Thecla virgine, & martyre, nos propitiatióne tua dignos semper efficiat. Per Dóminum nostrum.

**Communio.** Plal. 118. Confundántur superbi, quia injúste iniquitatem fecérunt in me: ego autem in mandátis tuis exercébor, in tuis justificatióibus, ut non confundar.

*Postcommunio.*

**S**upplices te rogámus, omnipotens Deus, ut intercedénte beáta Thecla virgine, & martyre, tuæ in nobis pietátis dona múltiples: & témpora nostra in tua pace dispónas. Per Dóminum.

*Die xxv. Septembris.*

**IN FESTO SANCTÆ MARIÆ**  
de Cervellione, Virginis.

**Missæ.** Dilexísti justítiam. **de Comuni Virginum, præter Orationem.** *Oratio.*

**D**Eus, qui nos cónspicis, in tot perículis constitútos pro nostra fragilitate non posse subsístere: concéde propítius; ut intercedénte beáta María famula tua, de præsentis vitæ flúctibus edúcti, ad æternæ salutis portum perveníre valeámus. Per Dóminum.

*Die v. Octobris.*

**IN FESTO SANCTI FROILANI**  
Episc. & Confess. **Missæ.** Státuit. **de Comuni Confess. Pontif. præter Orationem.**

**D**Eus, qui beátum Froilánum Monástici institúti propagándi stúdio decorásti, & ex Erémo ad Episcopále munus cœlesti indício vocátum miraculis clarum effecísti: concéde propítius; ut, cujus patrocínio gloriámur, ejus instruámur exémpis. Per Dñm.

*Die x. Octobris.*

**IN FESTO S. LUDOVICI**  
Bertrandi Confessoris, **Missæ.** O sjusti. **de Comuni Confess. non Pontif.** *Oratio.*

**D**Eus, qui beátum Ludovicum Confessórem tuum per córporis mortificatióne & fidei præcónium Sanctorum glóriæ coæquásti: præsta, ut quod fide profitémur, pietátis opéribus júgiter impleámus. Per Dñm.

*Die xii. Octobris.*

**IN FESTO COMMEMORATIONIS**  
B. Mariæ de Columna, **Missæ, ut in Votivis B. Mariæ à Pentecoste, usque ad Adventum.** **Credo.** **Præfatio.** Et te in Commemoratióne.

*Die xxiii. Octobris.*

**IN FESTO S. PETRI PASCHASII**  
Episc. Giennensis & mart. **Missæ.** Sacerdotes Dei. **de Comuni unius Martyris.** *Oratio.*

**D**Eus humílium consolátor, & fidélium fortitúdo, cujus Charitátis ardóre Mar-

Martyr, & Póntifex beátus Petrus Pafcháfius ætate téneros, & sexu fráguiles ab impiórum captivitate, própria servitute redémit: ejus, quæsumus, subsidiis ab omni nos absolve fragilitatis humanæ reatu: ut ad cuncta charitatis ópera reparémur, & quos vénia féceris innocétes, auxilió faciás efficáces. Per Dóminum.

Eodem die xxiii. Octobris.

FESTUM SS. SERVANDI,  
& Germani Martyr. quod transfertur  
in aliam diem.

Introitus. Psalm. 78.



**I**ntret in conspéctu tuo, Dómine, gémitus compeditórum: redde vicinis nostris séptuplum in sinu eórum: víndica sánguinem Sanctorum tuórum, qui effúsus est. Psalm. *ibid.* Deus venérunt Gentes in hæreditatem tuam, polluérunt templum sanctum tuum: posuérunt Jerúsalem in pomórum custódiam.

v. Glória Patri.

Oratio.

**O**Mnípotens sempitérne Deus, qui sanctis frátribus Servándo, & Germáno miráblem fidei constántiam tribuísti: concede propítius; ut qui tantórum Mátyrum patrocínio frúimur, eórum perpétua intercessióne roborémur. Per Dóminum.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Hebræos.

Hebr. 11. f

**F**Ratres, Sancti per fidem vicérunt regna, operáti sunt justítiam, adépti sunt repromissiónes, obturavérunt ora leónum, extinxérunt ímpetum ignis, effugerunt áciem gládii, convaluérunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra vertérunt exterórum, accepérunt mulieres de resurrectione mórtuos suos: álíi autem disténti sunt, non suscipiéntes redemptionem, ut meliorem invenírent resurrectionem. Alíi verò ludíbria, & vérbera expéti, insuper & víncula, & cárceres: lapidáti sunt, secti sunt, tentáti sunt, in occisióné gládii mórtui sunt: circuíerunt in melótis, in pelli-bus caprínis, egéntes, angustíati, afflícti: quibus dignus non erat mundus: in solitudínibus errántes, in móntibus, & spelúncis, & in cavérnis terræ. Et hi omnes testimónio fidei probáti invénti sunt: in Christo Jesu Dómino nostro.

Graduale. Exod. 15. G loriósus Deus in San-

ctis suis: mirábilis in majestáte, fáciens prodígia. v. Dómine, glorificáta est in virtute: dextera manus tua confrégit inimicos. Allelúja, allelúja.

v. Eccli. 44. Córpora sanctorum in pace sepulta sunt: & nómina eórum vivent in generatione, & generationem. Allelúja.



Sequéntia sancti Evangelii secúndum Lucam.

Lucæ 6. c

**I**N illo témpore: Descéndens Jesus de monte, stetit in loco campéstri, & turba discipulórum ejus, & multitúdo copiósa plebis ab omni Judæa, & Jerúsalem, & marítima, & Tyri, & Sidónis, qui vénerant, ut audírent eum, & sanaréntur à languóribus suis. Et qui vexabántur à spirítibus immúndis, curabántur. Et omnis turba quærébat eum tángere: quia virtus de illo exíbat, & sanábat omnes. Et ipse elevátis óculis in discípulos suos, dicébat: Beáti páuperes: quia vestrum est regnum Dei. Beáti, qui nunc esurítis: quia saturabímíni. Beáti, qui nunc fletis: quia ridébitis. Beáti éritis, cum vos óderint hómines, & cum separáverint vos, & exprobráverint, & ejécerint nomen vestrum tamquam malum, propter Filium hóminis. Gaudéte in illa die, & exultáte: ecce enim merces vestra multa est in cælo.

Offertorium. Psalm. 67. Mirábilis Deus in Sanctis suis: Deus Israel ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi suæ: benedíctus Deus, allelúja.

Secreta.

**I**N tuórum, Dómine, pretiósa morte Sanctorum sacrificium istud offerimus, de quo martyrium sumpsit omne principium. Per Dóminum.

Communio. Sap. 3. Et si coram homínibus torménta passi sunt, Deus tentávit eos: tamquam aurum in fornáce probávit eos, & quasi holocáusta accépit eos.

Postcommunio.

**C**Æléstibus passi delíciis, quæsumus, Omnípotens Deus: ut nos gemináta letítia, hodiérne festivitátis excípiat, quæ de beatórum Servándi, & Germáni glorificatióne procédit, quos eadem fides & pássio verè fecit esse germános. Per Dóminum.

Die xxiv. Octobris.

IN FESTO S. RAPHAELIS  
Archangeli, Missa ut in fine Missalis  
Romani.

Die xxv. Octobris.

IN FESTO SS. GAVINI, PROTI,  
& Januarii martyrum.

**Missæ.** Sapiéntiam Sanctorum. **de Comuni plurim.** **Mart. Evangel.** Cùm audiéritis. **ex Missæ.** Intret, &c. **Oratio.**

**D**eus, qui per beátos mártires tuos, Gavinum, Protum, & Januárium Ecclésiám tuam mirabiliter illustráre dignátus es: concéde nobis famulis tuis; ut quos Patrónos venerámur in terris, intercessóres habére mereámur in cœlis. Per Dóminum.

**Et fit commem. SS. Chrysanthi & Dariæ.**

Eodem die xxv. Octobris.

IN FESTO SANCTI FRUCTI  
Confessoris. Introitus. Psalm. 26.

**D**justi meditábitur sapiéntiam, & lingua ejus loquétur iudicium: lex Dei ejus in corde ipsius. **Psalm. ibid.** **N**oli æmulári in malignántibus: neque zeláveris faciéntes iniquitátem. **V.** Glória Patri. **Oratio.**

**A**désto, Dñe, pópulo tuo: ut beáti Fructi Confessoris tui mérita præclára suscipiens, ad impetrándam misericórdiam tuam semper ejus patrocínii adjuvétur. Per Dñm.

**L**ectio libri Sapiéntiæ. **Ecclesi. 45**

**D**ilectus Deo, & homínibus, cujus memória in benedictióne est. Símilem illum fecit in glória Sanctorum, & magnificávit eum in timóre inimicórum, & in verbis suis monstra placávit. Glorificávit illum in conspéctu regum, & iussit illi coram pópulo suo, & osténdit illi glóriam suam. In fide, & lenitáte ipsius sanctum fecit illum, & elégit eum ex omni carne. Audívit enim eum, & vocem ipsius, & indúxit illum in nubem. Et dedit illi coram præcepta, & legem vitæ, & disciplinæ.

**Graduale. Psalm. 91.** Justus ut palma florebit: sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

**V. ibid.** Plantátus in domo Dómini, in átriis domus Dei nostri. **Allelúja, allelúja.**

**V.** Fructus pauper, & húmilis, cœlum dives ingreditur; hymnis cœlestibus honorátur. **Allelúja.**



**S**equéntia sancti Evangelii secúndum Matthæum. **Matth. 19.**

**I**n illo témpore: Dixit Petrus ad Jesum: Ecce nos relíquimus ómnia, & secúti sumus te: quid ergo erit nobis?

Jesus autem dixit illis: Amen dico vobis, quòd vos, qui secúti estis me, in regeneratióne, cùm séderit Fílius hóminis in sede majestátis suæ, sedébitis & vos super sedes duódecim, judicántes duódecim tribus Israël. Et omnis qui relíquerit domum, vel fratres, aut soróres, aut patrem, aut matrem, aut uxórem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam atérnam possidébit.

**Offertorium. Psalm. 20.** In virtúte tua, Dómine, lætábitur justus, & super salutare tuum exultábit vehementer: desiderium animæ ejus tribuísti ei. **Secreta.**

**P**ræsta nobis, quæsumus, omnipotens Deus: ut nostræ humilitátis oblátio, & pro tuórum tibi grata sit honóre Sanctorum, & nos corpore páriter, & mente purificet. Per Dóminum.

**Communio. Matth. 24.** Beátus servus, quem, cùm vénerit dóminus, invénerit vigílantem: amen dico vobis, super ómnia bona sua constituet eum. **Postcommunio.**

**Q**uæsumus, omnipotens Deus: ut qui cœlestia aliménta percépinus, intercedente beáto Fructo Confessore tuo, per hæc contra ómnia advérsa muniámur. Per Dóminum.

Die xxix. Octobris.

IN FESTO S. NARCISSI  
Episcopi & Martyris.

**Missæ.** Státuit ei. **de Comuni unius Martyris Pontificis, præter Orationem sequentem & Evangelium.** **Oratio.**

**D**eus, qui beátum Narcíssum mártirem tuum atque Pontíficem illustri láurea decorásti, ejúsque corpus admirabili integritáte clarificas: concéde propítius; ut ejus deprecatione, incorrupta gáudia felicitátis atérnæ consequámur. Per Dóminum nostrum.

**Evangelium.** Amen, amen dico vobis, nisi granum fruménti, **ut in festo S. Laurentii martyris, in Missali, sub die 10. Augusti.** **Non dicitur Credo. præterquam in Diocesi Gerunden.**

Die iii. Novembris.

IN FESTO SANCTORUM  
Innumerabilium Martyrum.

**Missæ.** Intret in conspéctu tuo. **ut in Comuni plurimor. Martyrum; Evangel.** **Hæc mando vobis. ut in festo SS. Apo-**  
sto-

stolorum Simonis; & Judæ 28. Octobris;  
Orationes dicuntur ut infra. Oratio.

**R**espice, quæsumus, Dómine, familiam tuam, & præsta; ut Sanctorum Innumerabilium Mártyrum intercessiõne munita, ab omni sit culpa defénsa. Per Dóminum.

**Secreta.**

**P**reces nostras, quæsumus, Dómine, propitiatus admítte, & dicatum tibi Sacrificium, Sanctorum Innumerabilium Mártyrum deprecãtio comméndet. Per Dóminum.

**Postcommunio.**

**S**anctorum Innumerabilium Mártyrum sprécibus confidéntes, quæsumus, Dómine, ut per ea, quæ sumpsimus, æterna remédia capiãmus. Per Dóminum.

*Dominica secunda Novembris.*

IN FESTO PATROCINII B. M. V.

Missæ, ut in festo S. Mariæ ad Nives 5. Augusti, & in ea fit commem. Dominicæ occurrentis. & eius Evangel. in fine.

*Die xv. Novembris.*

IN FESTO S. EUGENII

Martyris, & Archiepisc. Toletani.

**Introitus.**

**Eccli. 45.**



Tátuit ei Dóminus testaméntum pacis, & príncipem fecit eum: ut sit illi sacerdotii dignitas in ætérnum.

**Psal. 131.** Memento Dómine, David, & omnis mansuetúdinis ejus. **V.** Glória Patri. **Oratio.**

**D**eus, qui præsentem diem, beáti Eugénii Mártyris tui, atque Pontíficis martyrio consecrásti: præsta propítius; ut cujus ánnua celebritáte lætámur, ejus méritis donum tuæ grátie consequámur. Per Dñm.

**L**ectio Epístolæ B. Jacóbi Apóstoli. **Jac. i.**

**C**haríssimi, Beátus vir, qui suffert tentationem: quóniam cum probátus fuerit, accípiet corónam vitæ, quam repromísit Deus diligéntibus se. Nemo cum tentátur, dicat, quóniam à Deo tentátur. Deus enim intentátor malórum est: ipse autem néminem tentat. Unusquisque verò tentátur à concupiscéntia sua abstráctus, & illéctus. Deínde concupiscéntia cum concéperit, parit peccátum: peccátum verò cum consummátum fuerit, generat mortem. Nolite itaque erráre, fratres mei dilectíssimi. Omne datum óptimum, & omne donum perféctum desúrsum est, descendens

Missæ SS. Hisp.

à Patre lúminum, apud quem non est transmutátio, nec vicissitúdinis obumbrátio. Voluntáriè enim genuit nos verbo veritátis, ut simus inítium áliquod creatúræ ejus.

**Graduale. Ps. 100.** Jurávit Dñs, & non pœnitébit eum: Tu es sacerdos in ætérnum, secundùm órđinem Melchisedech. **V.** Dixit Dóminus Dómino meo: Sede à dextris meis. **A**llelúja, allelúja. **V.** Iste sanctus dignè in memóriam vértitur hóminum, qui ad gáudium tránsiit Angelórum. Allelúja.



**Sequéntia sancti Evangelii secundùm Joánnem. Joan. 22. d**

**I**n illo témpore: Dixit Jesus discipulis suis: Amen, amen dico vobis, nisi granum fruménti cadens in terram mórtuum fuerit, ipsum solum manet. Si autem mórtuum fuerit, multum fructum affert. Qui amat ánimam suam, perdet eam: & qui odit ánimam suam in hoc mundo, in vitam ætérnam custódit eam. Si quis mihi ministrat, me sequátur; & ubi sum ego, illic & míster meus erit. Si quis mihi ministráverit, honorificábit eum Pater meus.

**Offertorium. Psalm. 88.** V éritas mea, & misericórdia mea cum ipso: & in nómine meo exaltábitur cornu ejus. **Secreta.**

**M**unera tibi, Dómine oblata sanctífica: & intercedénte beáto Eugénio Mártyre tuo, atque Pontífice, per hæc nos à peccatórum nostrórum máculis emúnda. Per. **Communio. Joan. 12.** Qui mihi ministrat, me sequátur: & ubi ego sum, illic & míster meus erit. **Postcommunio.**

**D**eus, mundi Créator, & rector, qui hodiérnæ festivitátis diem, beáti Eugénii Mártyris tui, atque Pontíficis martyrio consecrásti: præsta pópulo tuo; ut cujus ánnua celebritáte exúltat, ejus suffrágiis, & méritis, tuæ pietátis consequá-tur auxiliium. Per Dóminum.

IN FESTO S. GERTRUDIS

Virginis, Missæ. Dilexisti, de Communi Virg. præter Orationem propriam.

**D**eus, qui in puríssimo corde Beátæ Gertrúdis Vírginis tuæ, jucúndam tibi habitatióne preparásti: ejus méritis, & intercessiõe cordis nostri máculas cleménte absterge; ut digna divínæ majestátis tuæ habitatio éffici mereátur. Per Dóminum.

Vel alia Oratio quæ habetur in Missali Romano sub die 15. Novembris.

Die xxvii. Novembris.

## IN FESTO SS. MARTYRUM

Aciscli, &amp; Victoriæ. Introitus.



Apiéntiam sanctorum narrent populi, & laudes eorum nuntiet Ecclesia: nomina autem eorum vivent in sæculum sæculi. **Psal.** Exultate justi in Domino: rectos decet collaudatio. **V.** Glória Patri. **Oratio.**

**D**eus, qui familiam tuam beatorum fratrum, & Martyrum tuorum Aciscli, & Victoriæ gloriósas confessionibus circumdas, & prótegis: concède propitius; ut quos Patronos agnoscimus, eorum méritis, & intercessionibus ab omnibus adversitatibus liberemur. Per Dominum.

**L**ectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Hebræos. **Hebr. II. 1**

**F**ratres, Sancti per fidem vicérunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones, obturaverunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladii, convaluerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra vertérunt exterorum: acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Alii autem disténti sunt, non suscipientes redemptionem, ut meliorem invenirent resurrectionem. Alii verò ludibria, & verbera experti, insuper & vincula & cárceres: lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladii mortui sunt: circuiérunt in melotis, in pelli-bus caprinis, egentes, angustiati, afflicti: quibus dignus non erat mundus: in solitudinibus errantes, in montibus, & speluncis, & in cavernis terræ. Et hi omnes testimonio fidei probati inventi sunt: in Christo Jesu Domino nostro.

**Graduale.** Ecce quàm bonum, & quàm jucundum habitare fratres in unum. **V.** Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron. **A**llelúja, allelúja. **V.** Hæc est vera fraternitas, quæ vincit mundi crimina: Christum secuta est, inclyta tenens regna cœlestia. Allelúja.

**S**equéntia sancti Evangelii secundum Matthaum. **Matth. 5.**

**I**n illo tempore: Videns Jesus turbas, ascendit in montem, & cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli ejus, & aperiens os suum docebat eos, dicens: Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est re-

gnum cœlorum. Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram. Beati, qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt. Beati pacifici: quoniam filii Dei vocabuntur. Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Beati estis cum maledixerint vobis, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adversum vos, mentientes propter me: gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis.

**Offertorium.** Exultabunt Sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis: exaltationes Dei in faucibus eorum, allelúja.

Secreta.

**M**unera tibi, Domine, nostræ devotionis offerimus: quæ & pro tuorum tibi grata sint honore iustorum; & nobis salutaria, te miserante, reddantur. Per Dñm.

**Communio.** Dico autem vobis amicis meis: Ne terreamini ab his, qui vos persequuntur. **Postcommunio.**

**P**ræsta nobis, quæsumus, Domine, intercedentibus sanctis martyribus tuis Aciscli, & Victoriæ, ut quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per Dominum.

Die xxviii. Novembris.

## IN FESTO S. JOANNIS

à Cruce, Confessoris.

**Missæ.** Os justi. de Comuni Confessione Pontificis primo loco, præter Orationem propriam. **Oratio.**

**D**eus, qui sanctum Joannem Confessorem tuum, perfectæ sui abnegationis, & Crucis amatorem eximium effectisti: concède; ut ejus imitationi jûgiter inharerentes, glóriam assequamur æternam. Per Dominum.

**Et fit commemoratio S. Chrysogoni martyris cum Orationibus ut in Missali sub hac die. Non dicitur Credo.**

Die xxviii. Novembris.

## IN FESTO DESPONSATIONIS

Beatæ Virginis Mariæ cum S. Joseph.

**Missæ ut in fine Missalis Romani sub die 23. Januarii: & in ea fit commemoratio S. Petri Alexandrini.**

MIS-

M I S S A

De Nomine Jesu. Introitus.



**I**n nomine Jesu omne genu  
flectatur cœlestium, terrê-  
strium, & infernorum: &  
omnis lingua confiteatur,  
quia Dominus Jesus Chri-  
stus in glôria est Dei Patris.

**Pfalm.** Dominus noster, quàm  
admirabile est nomen tuum in univêrsa ter-  
ra! **V.** Glôria Patri. **Oratio.**

**D**eus, qui per univêrsam mundum, il-  
lud magnum Unigéniti tui Nomen Je-  
sus voluisti Apostólica prædicatiône vene-  
rari: concède nobis famulistuis, per virtû-  
tumejusdem nominis, à cunctis adversita-  
tibus liberari. Per eundem Dominum.

**Epistola.** In diebus illis: Petrus replétus  
Spíritu sancto. **sumatur ex Festo SS. No-  
minis Jesu, in Missali Romano.**

**Graduale.** Christus factus est pro nobis  
obédiens usque ad mortem: mortem au-  
tem Crucis. **V.** Propter quod & Deus  
exaltavit illum: & donavit illi nomen,  
quod est super omne nomen.

**A**llelúja, allelúja. **V.** Adjuva nos Deus  
salutáris noster, & propter glóriam nómi-  
nis tui libera nos, & propítius esto peccáti-  
s nostris propter nomen tuum. Allelúja.

**Temp. Pasch. omittitur Graduale, & addi-  
tur sequens** Allelúja, allelúja. **V.** Vocábis  
nomen ejus Jesum: ipse enim salvum faciet  
pópulum suum à peccáti-  
s eorum. Allelúja.

Post Septuages. dicitur sequens Tractus.

**L**audate púeri Dóminum: laudate nomen  
Dómini.

**V.** Sit nomen Dómini benedíctum, ex  
hoc nunc, & usque in sæculum.

**V.** A solis ortu usque ad occásum, laudá-  
bile nomen Dómini.



**S**equéntia sancti Evangelii secún-  
dum Lucam. **Luc. 2. c**

**I**n illo témpore: Postquam consummá-  
ti sunt dies octo, ut circumcideretur  
puer, vocátum est nomen ejus Jesus.  
Quod vocátum est ab Angelo, priúsqvam  
in útero conciperetur.

**Offertorium.** Bonum est confitêri Dómi-  
no, & psállere nómini tuo Altíssime.

Secreta.

**S**anctificetur, quæsumus, Dómine, ad  
invocatióem tui sanctíssimi Nominis  
Jesu, hujus nostræ oblatiônis munus, ut  
tibi placere possit ad laudem, & nobis pro-  
ficere ad salutem. Qui vivis & regnas.

**Præfatio de Nativitate.** Quia per incar-  
nati Verbi.

**Communio.** Cantábo Dómino, qui be-  
na tríbuit mihi: & psállam nómini Dómi-  
ni altíssimi. **Postcommunio.**

**I**nfunde córdibus nostris, quæsumus,  
Dómine, per hæc sancta, quæ sumpsi-  
mus, amorem tui sanctíssimi Nominis: ut  
te fideliter diligámus, & veráciter agno-  
scámus. Qui vivis & regnas.

A L I Æ M I S S A E

Quæ in Hispaniarum Regnis celebrari solent.

Die xxiv. Januarii.

I N D E S C E N S I O N E

Beatissimæ virginis Mariæ. Introitus.



**A**ve spes nostra, Dei génit-  
rix, virgo María: quæ me-  
ruisti portare regem cœló-  
rum, & Dóminum.

**Verfic.** Angelorum civibus  
sociata es: & virginitas tua  
inviolata permansit. **V.** Glôria. **Oratio.**

**S**upplicatióem servorum tuorum, Deus  
Similerator, exaudi: ut qui in Descen-  
sione Dei genitricis, & virginis congregá-

mur; ejus intercessiônibus, à te de instán-  
tibus periculis eruámur. Per Dóminum.

**Fit commem. S. Timothei Episc. & mart.**

**Lectio libri Sapiéntiæ. Eccli. 24.**

**A**B initio, & ante sæcula creata sum,  
& usque ad futurum sæculum non dé-  
sinam, & in habitatióne sancta coram ipso  
ministravi. Et sic in Sion firmata sum, &  
in civitate sanctificata similiter requievi,  
& in Jerúsalem potestas mea. Et radicavi  
in populo honorificato, & in parte Dei  
mei hæreditas illius, & in plenitudine San-  
ctorum detentio mea.

**Graduale.** Benedicta & venerabilis es virgo Maria, quæ sine tactu pudoris inventa es Mater Salvatoris.

**V.** Virgo Dei genitrix, quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo. **A**llelúja, allelúja.

**V.** Virga Jesse floruit: virgo Deum, & hominem genuit: pacem Deus reddidit, in se reconcilians ima summis. Allelúja.

**Si hoc festum venerit post Septuagesimam dicitur tractus.** **G**audere Maria virgo, cunctas hæreses sola interemisti. **V.** Quæ Gabrielis Archangeli dictis credidisti. **V.** Dum virgo Deum, & hominem genuisti: & post partum, Virgo, inviolata permansisti. **V.** Dei genitrix intercede pro nobis.

**Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. Luc. 11.**

**I**n illo tempore: Loquente Jesu ad turbas, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter, qui te portavit, & ubera quæ suxisti. At ille dixit: Quinimmo, Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. **Et dicitur Credo.**

**Offertorium.** Felix namque es sacra virgo Maria, & omni laude dignissima: quia ex te ortus est sol justitiæ, Christus Deus noster. **Secreta.**

**T**ua, Domine, propitiatione, & beatæ Mariæ semper virginis intercessione, ad perpetuam atque præsentem hæc oblatio nobis proficiat prosperitatem, & pacem. Per Dominum.

**Præfatio de B. M.** Et te in Descensione. **Communio.** Beata viscera Mariæ virginis, quæ portaverunt æterni Patris Filium. **Poſtcommunio.**

**S**umptis, Domine, salutis nostræ subsidiis: da quæsumus, beatæ Mariæ semper virginis patrocinis nos ubique protegi; in cujus veneratione hæc tuæ obtulimus majestati. Per Dominum.

Die ix. Maji.

## IN TRANSLATIONE S. Hieronymi Confessoris & Doct.

Introitus.



**I**n medio Ecclesiæ aperuit os ejus: & implevit eum Dominus spiritu sapientiæ & intellectus: stolam gloriæ induit eum, allelúja, allelúja.

**Psalm.** Bonum est confiteri

Domino, & psallere nomini tuo, Altissime. **V.** Gloria Patri. **Oratio.**

**E**xaudi, Domine, plebem tuam: & sicut gloriosum Hieronymum, de mundanorum fastu eruens, ad tuum præsepium evocasti; ita nos facias, ejus suffragantibus meritis, terræa despiciere, & ad cœlestem patriam evocari. Qui vivis & regnas.

**Lectio libri Sapientiæ. Cap. 7.**

**O**ptavi, & datus est mihi sensus: & invocavi, & venit in me spiritus sapientiæ: & præposui illam regnis, & sedibus, & divitias nihil esse duxi in comparatione illius. Nec comparavi illi lapidem pretiosum: quoniam omne aurum in comparatione illius arena est exigua, & tamquam lutum æstimabitur argentum in conspectu illius. Super salutem, & speciem dilexi eam, & proposui pro luce habere illam: quoniam inextinguibile est lumen illius. Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa: & innumerabilis honestas per manus illius. Et lætatus sum in omnibus, quoniam antecederat me ista sapientiæ: & ignorabam quoniam horum omnium mater est. Quam sine fictione didici: & sine invidia communico: & honestatem illius non abscondo. Infinitus enim thesaurus est hominibus: quo qui usi sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei: propter disciplinæ dona commendati. Mihi autem dedit Deus dicere ex sententia, & præsumere digna horum, quæ mihi dantur: quoniam ipse sapientiæ dux est, & sapientium emendator.

**A**llelúja, allelúja. **V.** Confitebuntur cœli mirabilia tua, Domine, etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorum. Allelúja.

**V.** Pie pater Hieronyme, tuorum memor operum, ita coram summo iudice pro tuorum cœtu monachorum. Allelúja.

**Evangelium.** Vos estis sal terræ. **de Comuni Doctorum. Et dicitur Credo.**

**Offertorium.** Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu ejus, allelúja. **Secreta.**

**S**uscipiat, Domine, quæsumus, clementia tua de manibus nostris munus oblatum: & per sancti Hieronymi Confessoris tui Translationem, & orationes, ab omnibus nos mundet peccatis. Per Dominum nostrum.

**Communio.** Fidelis servus, & prudens, quem

quem constituit Dominus super familiam suam: ut det illis in tempore tritici mensuram, allelúja. **Postcommunio.**

**M**Unera Domine libantes, quæ in Translatione sancti Confessoris tui Hieronymi tuæ obtulimus majestati: præsta quæsumus; ut per ea mereamur veniam peccatorum, & cœlestis doni gratia reficiamur. Per Dominum.

Die xv. Maji.

IN FESTO SS. TORQUATI & sociorum Pontificum & martyrum, & discipulorum beati Jacobi Apostoli.

**Missæ.** Sapientiam sanctorum. **de Comuni plurimorum Mart.** **Oratio.**

**D**eus, qui per beatos Pontifices & martyres tuos, Torquatium, Secundum, Cæcilium, Indaletium, Ctesiphontem, Hefychium, & Euphrasium, innumerum Hispaniæ populum ad te accersiri voluisti: præsta quæsumus; ut Ecclesia tua iisdem rectoribus gubernetur, quos ei voluisti præesse pastores. Per Dominum. **Secreta.**

**H**ostias, quæsumus, Domine, tuæ plebis intende, & quas in honore beatorum Pontificum & martyrum tuorum, Torquati & sociorum devota mente celebrat, sibi proficiat ad salutem. Per Dominum nostrum. **Postcommunio.**

**C**orporis sacri & pretiosi sanguinis repleti libamine, quæsumus, Dñe, Deus noster: ut per merita sanctorum Pontificum & martyrum tuorum, Torquati & sociorum ejus; quod pia devotione gerimus, certa redemptione capiamus. Per Dominum.

Die xxvi. Julii.

IN FESTO S. ANNÆ MATRIS Gloriosæ Virg. Mariæ. **Introitus.**



Ognovi, Domine, quia æquitas judicia tua, & in veritate tua humiliasti me: confestim timore tuo carnes meas, à mandatis tuis timui.

**Psal.** Beati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini.

**Ps.** Gloria Patri. **Oratio.**  
**D**eus, qui beatæ Annæ tantam gratiam donare dignatus es, ut Mariam matrem tuam in útero suo portare mereretur: da nobis, quæsumus, per intercessionem matris, & filiæ suæ propitiacionis abundantiam: ut quarum memoriam pio am-

Missæ SS. Hisp.

plēctimur amore, earum precibus ad cœlestem Jerusalem pervenire mereamur. Qui vivis & regnas.

**Epist.** Mulierem fortem. **de Cœi non Virg. Graduale.** Aduvabit eam Deus vultu suo: Deus in medio ejus non commovebitur. **Ps.** Fluminis impetus lætificat civitatem Dei: sanctificavit tabernaculum suum Altissimus. Allelúja, allelúja.

**Ps.** O quam pulchra est casta generatio cum claritate! Allelúja.

**Evangelium.** Simile est regnum cœlorum thesauro. **de Comuni non Virginum.**

**Non dicitur Credo.**  
**Offertorium.** Filia regum in honore tuo: assitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate. **Secreta.**

**S**uper has, omnipotens Pater, oblationes, quæ in commemoratione beatæ Annæ consecrantur, tuam infunde benedictionem: & per has nobis cunctorum criminum expiationem tribuas & munimen. Per Dominum.

**Communio.** Feci judicium, & justiciam, Domine: non calumnientur mihi superbi: ad omnia mandata tua dirigebat: omnem viam iniquitatis odio habui.

**Postcommunio.**

**S**umpta sacramenta, quæsumus, Domine, Sintercedente beatissima Anna matre gloriosæ genitricis Unigeniti tui nos & ab hostium defendat formidine, & æternæ mortis amaritudine. Per eundem Dominum.

Die xxx. Septembris.

IN FESTO S. HIERONYMI Confessoris & Doctoris. **Introitus.**



Audeamus omnes in Domino no diem festum celebrantes, sub honore beati Hieronymi Doctoris: de cujus festivitate gaudent Angeli, & collaudant Filium Dei.

**Psal.** Exultate justi in Domino: rectos decet collaudatio. **Ps.** Gloria Patri. **Oratio.**

**D**eus, qui nobis per beatum Hieronymum Confessorem tuum, Scripturæ sanctæ veritatem, mystica sacramenta revelare dignatus es: præsta quæsumus; ut cujus natalicia colimus, ejus semper & erudiamur doctrinis, & meritis adjuvemur. Per Dominum nostrum.

**Epist.** Optavi, & datus est mihi. fol. 24.  
**Graduale.** Os justi meditabitur sapientiam, & lingua ejus loquetur judicium.

**V.** Lex Dei ejus in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus ejus. **A**llelúja, allel.  
**V.** Pie pater Hierónyme, tuorum memor operum, sta coram summo júdice pro tuorum coetu monachorum.

**Evangel.** **V**os estis sal terræ. **de Cõi Doct.**  
**Dicitur Credo.** & per totam Octavam.  
**Offertorium.** **V**eritas mea, & misericórdia mea cum ipso: & in nómine meo exaltabitur cornu ejus. **Secreta.**

**D**onis cœlestibus, da, quæsumus, Dómine, libera nos mente servire, ut múnera, quæ deférimus, interveniénte beáto Hierónymo Confessóre tuo, & medélam nobis operéntur, & salútem. **Per Dóminum.**

**Commúnio.** **F**idelis servus & prudens, quem constituit Dóminus super familiam suam; ut det illis in témpore trítici mensúram. **Postcommunio.**

**R**epléti alimónia cœlesti, quæsumus, Dómine Deus noster: ut intercedente beáto Hierónymo Confessóre tuo misericórdiæ tuæ grátiam cónsequi mereámur. **Per Dóminum.**

**Infra Octavam fit Officium ut supra in Mense Septembri, præter Allelúja. cum Versu, quod dicitur ut in die. In ipsa die Octava fit idem Officium quod in die. De festis Simplicibus quæ infra Octavam veniunt, fit tantum commemoratio.**

*Die xxi. Octobris.*

**IN FESTO SS. UNDECIM**  
**millia Virginum. Introitus.**



**V**ultum tuum deprecabuntur omnes dívites plebis: adducéntur Regi vírgines post eam: próximæ ejus adducéntur tibi in lætítia & exultatióne. **Psal.** **E**ructávit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea Regi. **V.** Glória Patri. **Oratio.**

**D**a nobis, quæsumus, Dómine Deus noster, sanctárum vírginum & mártirum tuárum, Ursulæ & sociárum ejus palmas incessábili devotióne venerári: ut quas digna mente non póssumus celebráre, humílibus saltem frequentémus obséquis. **Per Dóminum.**

**Et fit commem. S. Hilarionis, Oratio. Intercessio. ut in Comuni Abbatum.**

**Epist. De Virgínibus. de Comuni Virg. Graduale.** **C**oncupívit Rex decórem tuum, quóniam ipse est Dóminus Deus tuus.

**V.** Audi filia, & vide, & inclína aurem tuam. **A**llelúja, allelúja.

**V.** Adducéntur Regi vírgines post eam: próximæ ejus afferéntur tibi. **A**llelúja.

**Evangel.** **S**ímile erit regnum cœlorum decem virgínibus. **de Comuni Virginum.**

**Ubi fuerit caput alicujus Virginis de societate Ursulæ, dicitur Credo.**

**Offertorium.** **A**fferéntur regi vírgines post eam, próximæ ejus afferéntur tibi in lætítia, & exultatióne: adducéntur in templum Regi Dómino. **Secreta.**

**I**nténde, quæsumus, Dómine, múnera altáribus tuis, pro sanctárum vírginum & mártirum tuárum, Ursulæ & sociárum ejus commemoratióne propósita: ut sicut per hæc beáta mystéria illis glóriam contulísti, ita nobis indulgéntiam largiáris. **Per eámdem Dóminum.**

**Commúnio.** **Q**uínque prudéntes vírgines accepérunt óleum in vasis suis cum lampádibus: média autem nocte clamor factus est, ecce sponsus venit, exíte óbviám Christo Dómino. **Postcommunio.**

**P**ræsta nobis, Dómine, quæsumus, intercedéntibus sanctis martyribus, Ursula & sociabus ejus virgínibus tuis: ut quod ore contingimus, pura mente capiamus. **Per Dóminum nostrum.**

**IN FESTO PRÆSENTATIONIS**

**B. Mariæ, omnia dicuntur ut in ejus Nativitate Mense Septembri, præter Orationes quæ sequuntur. Oratio.**

**D**eus, qui beátam Mariám semper vírginem, tabernáculum sancti Spíritus, post triénnum in templo præsentári volúisti: præsta quæsumus; ut qui Præsentatiónis ejus festa recólimus in terris, ipsius intercessiÓne ad templum, qui Christus est, in cœlesti glória præsentári mereámur. **Qui tecum vivit & regnat. Secreta.**

**H**æc múnera, quæsumus, Dómine, beátæ Mariæ semper vírginis intercessiÓne sanctífica: quam in templo tuo munus tibi gratíssimum offerri paréntum manibus volúisti. **Per Dóminum.**

**Præfatio de beata Maria. E**t te in PræsentatiÓne. **Postcommunio.**

**S**acraménta, quæ sumpsimus, Dómine, beátæ Mariæ semper vírginis intercessiÓne nos salvent, quæ devotiÓne sui corporis piíssimi acceptábile tibi sacrificium júgiter immolámus. **Per Dóminum.**

# MISSÆ VOTIVÆ.

MISSA AD IMPETRANDAM fecunditatem mulieris. **Introitus.**



**S**icut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ: ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nobis: miserere nobis Domine, miserere nobis.

**Psalms.** Ad te levavi oculos meos, qui habitas in caelis.

**V.** Gloria Patri, & Filio.

**Oratio.**

**O**Mnipotens sempiternæ Deus, majestatem tuam suppliciter deprecamur: ut sicut ab Anna Samuelis: & ab Anna matre virginis Mariæ, atque ab Elisabeth Zachariæ, opprobrium sterilitatis benignus abstulisti; ita desiderium famulæ tuæ **N.** ut fecundetur ad laudem gloriæ tuæ, perficere digneris. Per Dominum nostrum.

**L**ectio libri Regum. **i. Reg. i.**

**I**n diebus illis: Cum esset Anna amaro animo, oravit ad Dominum, flens largiter, & votum vovit, dicens: Domine exercituum, si respiciens videris afflictionem famulæ tuæ, & recordatus mei fueris, nec oblitus ancillæ tuæ, dederisque servæ tuæ sexum virilem: dabo eum Domino omnibus diebus vitæ ejus, & novacula non ascendet super caput ejus. Factum est autem, cum illa multiplicaret preces coram Domino, ut Heli observaret os ejus. Porro Anna loquebatur in corde suo, tantumque labia illius movebantur, & vox penitus non audiebatur. Estimavit ergo eam Heli temulentam, dixitque ei: Usquequod ebria eris? Digere paulisper vinum quo mades. Respondens Anna: Nequaquam, inquit, domine mi: Nam mulier infelix nimis ego sum, vinumque & omne quod inebriare potest, non bibi, sed effudi animam meam in conspectu Domini. Ne reputes ancillam tuam, quasi unam de filiabus Belial: quia ex multitudine doloris & mœroris mei, locuta sum usque in presens. Tunc Heli ait ei: Vade in pace: & Deus Israel det tibi petitionem tuam, quam rogasti eum. At illa dixit: Utinam inveniat ancilla tua gratiam in oculis tuis. Et abiit mulier in viam suam,

& comedit, vultusque illius non sunt amplius in diversa mutati. Cognovit autem Elcana Annam uxorem suam: & recordatus est ejus Dominus. Et factum est post circulum dierum, concepit Anna, & peperit filium, vocavitque nomen ejus Samuel: eò quod à Domino postulasset eum.

**Graduale.** Protector noster aspice Deus, & respice super famulam tuam.

**V.** Domine Deus virtutum, exaudi preces & vota famulæ tuæ. Allelúja, allelúja.

**V.** Visitavit Dominus Annam, & concepit, & peperit. Allelúja.

**Tempore Paschali, omisso Graduali, & additur sequens Allelúja, allelúja.**

**V.** Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te perveniat. Allelúja.

**Post Septuagesimam dicitur Tractus.**

Ad te levavi oculos meos: qui habitas in caelis. **V.** Ecce sicut oculi servorum in manibus dominorum suorum.

**V.** Et sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ: ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri. **V.** Miserere nobis Domine, miserere nobis.



**Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. Luc. i.**

**F**uit in diebus Herodis, regis Judææ, sacerdos quidam, nomine Zachariás, de vice Abia, & uxor illius de filiabus Aaron, & nomen ejus Elisabeth. Erant autem justi ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis, & justificationibus Domini sine querela: & non erat illis filius, eò quod Elisabeth esset sterilis, & ambo processissent in diebus suis. Factum est autem, cum sacerdotio fungeretur in ordine vicis suæ ante Deum, secundum consuetudinem sacerdotii, forte exiit ut incensum poneret, ingressus in templum Domini. Et omnis multitudo populi erat orans foris hora incensæ. Apparuit autem illi Angelus Domini stans à dextris altaris incensæ. Et Zachariás turbatus est, videns, & timor irruit super eum. Ait autem ad illum Angelus: Ne timeas Zachariá, quoniam exaudita est deprecatio tua. Et uxor tua Elisabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen ejus Joánnem. Et erit gaudium

dium tibi & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebunt.

**Offertorium.** **O**rauit Anna apud Dominum flens, & dicens: Domine exercituum, si respiciens videris afflictionem famulae tuae, & recordatus mei fueris, nec oblitus ancillae tuae, dederisque servae tuae sexum virilem, dabo eum Domino omnibus diebus vitae eius.

**Secreta.**  
**S**uscipe, quaesumus, Domine, preces nostras cum muneribus hostiarum, quas pro famula tua **N.** clementiae tuae supplici mente deferimus; ut qui affectum filiorum in matrem visceribus inclusisti, merorem infecunditatis ab ea submoueas, & ad concupiendam sobolem, misericorditer benedicas. Per Dominum.

**Communio.** **D**eus Israel det tibi mulier petitionem tuam, quam rogasti eum.

**Postcommunio.**  
**C**aelstis vitae munus accipientes, quaesumus, Domine: ut quod pro famula tua **N.** deprecati sumus, clementer a tua pietate exaudiri mereamur. Per Dominum nostrum.

M I S S A

**Ad honorem Virginis Mariae, pro muliere in partu laborante. Introitus.**



Alve sancta parens, enixa puerpera Regem, qui caelum, terramque regit in saecula saeculorum.

**Psalmus 44.** **E**ructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi.

**V.** Gloria Patri. **Oratio.**

**E**xaudi, quaesumus, Domine, preces nostras, pro famula tua **N.** in partu nunc, aut impofterum laborante: & sicut eam tua providentia concipere decrevisti; ita ipsam tua benedictione praeveniens, & beata Maria suffragante, celeriter iubeas expediri. Per Dominum.

**Lectio libri Genesis.**

**Gen. 3.**

**I**n diebus illis: Dixit Dominus ad Adam: Quare ex ligno, de quo praeciperam tibi ne comederes, comedisti? Dixitque Adam: Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi. Et dixit Dominus Deus ad mulierem: Quare hoc fecisti? Quae respondit: Serpens decipit me, & comedi. Et ait Dominus Deus ad serpentem: Quia fecisti

hoc, maledictus es inter omnia animantia, & bestias terrae. Inimicitias ponam inter te & mulierem, & inter semen tuum, & semen illius: Ipsa conteret caput tuum: & tu insidiaberis calcaneo eius. Mulieri quoque dixit, Multiplicabo arumnas tuas, & conceptus tuos. In dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Adae vero dixit: Quia audisti vocem uxoris tuae, maledicta terra in opere tuo. In laboribus comedes ex ea, cunctis diebus vitae tuae. In sudore vultus tui vesceris pane, donec revertaris in terram, de qua sumptus es, quia pulvis es, & in pulverem reverteris.

**Graduale.** **N**esciens mater virgo virum, peperit sine dolore Salvatorem saeculorum: ipsum Regem Angelorum sola virgo lactabat ubere de caelo pleno.

**V.** Domus pudici pectoris, templum repente fit Dei, intacta nesciens virum, verbo concepit filium. **A**lleluja, alleluja.

**V.** Complati sunt dies Mariae ut pareret, & peperit filium suum primogenitum. Alleluja.

**Tempore Paschali omisso, Graduali, dicitur sequens Alleluja, alleluja.**

**V.** Post partum, Virgo, inviolata permansisti: Dei genitrix intercede pro nobis. Alleluja.

**A Septuagesima usque ad Pascha dicitur Tractus.**

**G**aude Maria virgo, cunctas haereses, sola interemisti. **V.** Quae Gabrielis Archangeli dictis credidisti. **V.** Dum virgo Deum, & hominem genuisti: & post partum, Virgo, inviolata permansisti.

**V.** Dei genitrix intercede pro nobis.

**Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. Joan. 16.**

**I**n illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius. Cum autem pepererit puerum, jam non meminit pressurae propter gaudium: quia natus est homo in mundum. Amen, amen dico vobis: si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Petite, & accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum.

**Offertorium.** **A**lma virgo virginum, sancta Dei genitrix, pro devota porrigere ancilla tua preces obnoxias ad Filium, quae parturientium benigna es auxiliatrix.

**Secreta.**

**D**omine Jesu Christe, qui absque doloris contagione, ex útero virgináli, porta clausa, exire dignatus es: concede propítius per hujus oblationis hóstiam, ut fructum famulæ tuæ **N.** taliter in lucem prodire dispónas, qui ad regeneratióem sacri Baptísmatis, incólumis pervenire mereatur. Qui vivis & regnas.

**Præfatio de B. M. E**t te in Veneratióne.

**Communio.** Ecce virgo concípíet, & páriet filium, & vocábitur nomen ejus Emmanuel. **Postcommunio.**

**R**espice, quæsumus, Dómine, super famulam tuam **N.** in partu laborantem, vel laborare timéntem: & quemádmódu tuo auxilió optat à perículo partus liberári; ita méritis beatæ Mariæ semper vírginis, lumen tuæ grátia, in ejus céleri expeditiõe infúndere dignéris. Per Dóminum nostrum.

**ALIA MISSA AD HONOREM gloriosæ Virginis, pro Mulieribus prægnantibus, aut aliàs in partu laborantibus.**

**Introitus.**



**A**lma Virgo virginum, sancta Dei Génitrix, pro devótis pórrige ancillis tuis preces obnoxias ad Filium, quæ parturiéntium benigna es auxiliátrix.

**Psal. 131.** Jurávit Dóminus David veritatem, & non frustrábitur eam: de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. **V.** Glória Patri.

**Oratio. Pro pluribus.**

**E**xáudi, clementíssime Pater deprecationem servi tui, pro paupéribus ancillis tuis in partu nunc, aut impósterum laborántibus, majestáti tuæ devotíssimè supplicántes: ut quemádmódu tua eas providéntia concípere decrevísti, ita benedictiõe tua præámbula, ad laudem tui sacri nóminis, Vírgine gloriosa suffragánte, céleriter júbeas expédire. Per Dóminum.

**Alia Oratio. Pro una.**

**O**mnípotens sempitérne Deus, qui humanum genus seminádo multiplicas, quique ancillæ tuæ úterum dignanter fecundásti: da ei cum salute animæ, & córporis in pariéndo virtútem, & ad sacrum Baptísma tumescéntis úteri fructum pervenire. Per Dóminum.

**Epístola.** In diébus illis: Dixit Dóminus ad Adam. **sumatur ex Missa præcedenti, supra. 28.**

**Graduale.** Ecce Virgo concépit, & absque dolore péperit nobis Filium. **V.** Qui sicut plúvia in vellus, ita in porta clausa, ex útero virgináli ad nos introívit. **Allelúja, allelúja. V.** Ad tuum, ó María, confúgiunt præsidium páuperes in partu laborántes: quas suis, quæso, non despicias in necessitatibus, sed à periculis eas cunctis líbera, Virgo semper benedícta. **Allelúja.**

**Evangelium.** Múlier, cum parit, tristitiam habet. **sumitur ex Missa præcedenti, supra. 28.**

**Offertorium. Ex Eccl.** Ave María, parturiéntium consolátrix, grátia plena, infántium sublevátrix, quia Dóminus est tecum; ipsárum esto protéctrix, ut præ mulieribus benedícta dicáris, & super omnes benedíctas, à cunctis Christicolis extolátur fructus ventris tui.

**Secreta. Pro pluribus.**

**P**íssime Jesu Christe, qui absque doloris contagione ex útero virgináli almíficæ Matris tuæ, in mundum tua dignatiõe, sanctíssima porta clausa, exire dignatus es: concede propítius; ut fructus ancillarum tuárum in orbem terrárum sanos, & incólumes totaliter dispónas pervenire, quoad fontem Baptísmatis, uná tecum regnáre mereántur. Qui vivis.

**Alia Secreta. Pro una.**

**P**atérnæ Majestáti tuæ munus oblátum acceptábile tibi fiat: cujus grátia, ancillæ tuæ **N.** tolerántiam benignè cónferas, & germen incólume sacro Baptísmatis fonte renásci. Per Dóminum.

**Communio.** In partu puerórum, ó María, sol tuus respléndeat misericórdiæ, quo lucénte cétera post Deum luminária sunt, quasi non sint.

**Postcommunio. Pro pluribus.**

**B**eatíssime Spíritus, per quem cónditæ sunt univérsa, suppliciter tuas exáudire dignéris famulas, pro quibus has tuæ porrigimus pietáti preces: ut quemádmódu tuo felici, & sancto juvámine optant liberári; ita suffrágiis beatíssimæ Matris Dei, lumen grátia tuæ, in eárum céleri expeditiõe infúndere dignéris. Qui cum Deo Patre, & eódem Filio vivis, & regnas Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**Alia**

## Alia Postcommunio. Pro una.

**D**ivini gérminis múnere satiáti, te súp-  
plices exorámus, clementíssime Pa-  
ter: ut hujus percépti virgínei fructus do-  
no, benedictiónem ancillæ tuæ **N.** miseri-  
córditer infúndas, & quem spírítu vitáli  
animásti partum, in novitáte grátia tuæ  
reformáre dignéris. Per Dóminum.

## MISSA PRO INFIRMO

in Agonia. (color viol.)

Introitus.

Psalm. 17.



Circumdederunt me gémitus  
mortis, dolóres inférni cir-  
cumdederunt me: & in tri-  
bulatióne meá invocávi Dó-  
minum, & exaudivit de  
templo sancto suo vocem  
meam. **Psalmus ibid.** Diligam te Dómi-  
ne, fortitúdo mea: Dóminus firmamén-  
tum meum, & refúgium meum, & libe-  
rator meus.

V. Glória Patri, &amp; Fílio.

Oratio.

**O**Mnípotens sempitérne Deus, conser-  
vator animárum: qui quos diligis,  
córrigis, & quos récipis, coérces: te Dó-  
mine deprecámur, ut medélam tuam con-  
ferre dignéris in ánimam fámulí tui, qui  
(vel fámulæ tuæ, quæ) in corpore pátitur  
membrórum debilitátem, vim labóris,  
stímulos infirmitátum: da ei, Dómine,  
grátiam, & misericórdiam tuam, ut in ho-  
ra éxitus illíus de corpore, absque peccáti  
mácula, Creatóri próprio per manus san-  
ctórum Angelórum, ejus ánimá repræsen-  
tári mereátur. Per Dóminum.

Lectio libri Isaia.

Isaia 55.

**I**N diébus illis: Locútus est Isaías pro-  
phéta, dicens: Quærite Dóminum,  
dum inveníri potest, invocáte eum, dum  
propè est. Derelinquat impius viam suam,  
& vir iníquus cogitatiónes suas, & rever-  
tátur ad Dóminum: & miserébitur ejus,  
& ad Deum nostrum: quóniam multus  
est ad ignoscéndum. Non enim cogitatió-  
nes meæ, cogitatiónes vestrae: neque via  
vestrae, via meæ, dicit Dóminus. Quia  
sicut exaltántur cœli à terra, sic exaltatae  
sunt viae meæ à viis vestris, & cogitatió-  
nes meæ à cogitatióne vestris. Et quó-  
modo descéndit imber, & nix de cœlo,  
& illuc ultra non revértitur, sed inebriat  
terram, & infúndit eam, & germináre

eam facit, & dat semen ferénti, & pa-  
nem comedénti: sic erit verbum meum,  
quod egrediétur de ore meo: non rever-  
tétur ad me vácuum, sed faciet, quæ-  
cúmque volui, & prosperábitur in his, ad  
quæ misi illud. Quia in lætítia ingredié-  
mini, & in pace deducémini, ait Dómi-  
nus omnipotens.

**Graduale. Psalm. 60.** A djutor meus, &  
liberátor meus esto, Dómine: ne tardá-  
veris.

V. Confundántur, & reveréantur inimi-  
ci mei, qui quærunť ánimam meam.

Allelúja, allelúja.

V. **Psalm. 50. & 26.** A vértē Dómine, fá-  
ciem tuam à peccátiis meis: & omnes ini-  
quitátes meas dele: ne derelinquas me,  
neque despicias me, Deus salutáris meus.

Allelúja.

**A Septuages. usque ad Pascha, omissis**

Allelúja, &amp; Versu sequenti, dicitur

**Tractus. Psalm. 25.** Ne perdas cum ím-  
piis, Deus, ánimam meam: & cum viris  
sánguinum vitam meam.

V. **Psalm. 106.** Dómine, non secúndum  
peccáta nostra, quæ fécimur nos: neque  
secúndum iniquitátes nostras retribuas  
nobis.

V. **Psalm. 78.** Dómine, ne memíneris ini-  
quitátum nostrárum antiquárum, citò an-  
ticipent nos misericórdiæ tuæ, quia páu-  
peres facti sumus nimis.

V. Adjuva nos, Deus salutáris noster: &  
propter glóriam nóminis tui, Dómine,  
libera nos, & propítius esto peccátiis no-  
stris, propter nomen tuum.

**Sequentia sancti Evangelii secún-  
dum Joánnem. Joan. 16.**

**I**N illo témpore: Dixit Jesus discípulis  
suis: Amen, amen dico vobis, quia  
plorábitis, & flébitis vos, mundus au-  
tem gaudébit: vos verò contristabímíni,  
sed tristítia vestra vertétur in gáudium.  
Múlier, cùm parit, tristítiam habet, quia  
venit hora ejus: cùm autem pepéerit púe-  
rum, jam non memínit pressúrae propter  
gáudium: quia natus est homo in mun-  
dum. Et vos igitur nunc quidem tristítiam  
habétis, iterum autem vidébo vos, &  
gaudébit cor vestrum: & gáudium ve-  
strum nemo tollet à vobis.

**Offertorium. Psalm. 6.** Dómine, ne in  
furóre tuo árguas me: neque in ira tua  
cor-

corripas me. Convertere Dómine, & eripe ánimam meam: saluum me fac propter misericórdiam tuam. **Secreta.**

**A**desto, Dómine, pro tua pietáte supplicatióibus nostris, & súscipe hóstitiam, quam tibi offerimus pro fámuló tuo (vel fámula tua) jacénte in grabáto, salútem non solúm corpóris, sed ánimæ suæ peténte: præsta ei, omnipotens Deus, indulgéntiam ómnium iniquitátum suárum per imménsam cleméntiam tuam, & per intercessiÓNem ómnium Sanctórum tuórum; ut per hoc, quod sústinet, flagéllum, à sanctis Angelis tuis suscipiátur, & pervénire mereátur ad tuæ glóriæ regnum. Per Dóminum nostrum.

**Communio. Psal. 30.** In manus tuas comméndo spíritum meum: redemísti me, Dómine Deus veritátis. **Postcommunio.**

**G**ratias ágimus tibi de multiplicibus largitátibus tuis, ex quibus ánimas in te sperántium sanáre consuevísti: & confisi de tua pietáte precámur; ut miseréri dignéris fámuló tuo, (vel fámulæ tuæ,) ne prævaleat advérsus eum (vel eam) inimícus in hora éxitus illíus de corpore; sed transíre mereátur ad vitam perpétuam. Per Dñm.

## MISSA DE BEATO JOB.

### Introitus.



Miserere mihi, Dómine, quóniam ad te clamávi tota die: quia tu, Dómine, suávis ac mitis es, & copiósus in misericórdia ómnibus invocántibus te. **Psal. 85.** Inclína

Dómine aurem tuam, & exáudi me: quóniam inops & pauper sum ego.

**V.** Glória Patri.

### Oratio.

**D**eus in te sperántium fortitúdo: adesto propítius, intercedénte beáto Job cum ómnibus Sanctis, invocatióibus nostris: ut sicut ei post úlceris péssimi, variorúmque flagellórum presúras, duplicia pro ómnibus amíssis reddidísti; ita nobis misericórdiam tuam largiter impertiáris. Per Dóminum nostrum.

### Lectio libri Job.

### Cap. 2.

**F**actum est, cum quadam die venissent filii Dei, & starent coram Dómino, venisset quoque satan inter eos, & staret in conspéctu ejus: ut diceret Dóminus ad satan: Unde venis? Qui respóndens ait: Circuívi terram, & perambulávi eam. Et dixit

Dóminus ad satan: Numquid considerásti servum meum Job, quòd non sit ei similis in terra, vir simplex, & rectus, ac timens Deum, & recédens à malo, & adhuc rétinnens innocéntiam? Tu autem commovísti me advérsus eum, ut afflígerem eum frustra. Cui respóndens satan, ait: Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo, dabit pro ánimá sua: alióquin mitte manum tuam, & tange os ejus & carnem, & tunc vidébis, quòd in fáciem benedícat tibi. Dixit ergo Dóminus ad satan: Ecce in manu tua est: verúm tamen ánimam illíus serva. Egressus igitur satan à fácie Dómini, percússit Job úlcere péssimo, à planta pedis usque ad vérticem ejus. Qui testa sániem radébat, sedens in sterquilíno. Dixit autem illi uxor sua: Adhuc tu pérmanes in simplicitate tua? Benedic Deo, & mórere. Qui ait ad illam: Quasi una de stultis mulieribus locúta es. Si bona suscepimus de manu Dei, mala quare non suscipiámus? In ómnibus his non peccávit Job lábiis suis.

**Graduale.** Ego dixi, Dómine miserere mei: sana ánimam meam, quia peccávi tibi.

**V.** Beátus qui intélligit super egénium & páuperem: in die mala liberábit eum Dóminus. **Allelúja, allelúja.**

**V.** Dómine Deus salútis meæ, in die clamávi, & nocte coram te. **Allelúja.**

**Tempore Paschali omisso Graduali, & additur sequens Allelúja, allelúja.**

**V.** Dómine Deus in te sperávi, saluum me fac ex ómnibus persequéntibus me, & libera me. **Allelúja.**

**Post Septuages. dicitur Tractus.** De necessitatibus meis eripe me Dómine: vide humilitátem meam, & labórem meum, & dimitte ómnia peccáta mea. **V.** Ad te Dómine levávi ánimam meam: Deus meus in te confido, non erubéscam, neque irideant me inimíci mei. **V.** Etenim univérsi, qui te expéctant, non confundentur: confundantur omnes faciéntes vana.

**Evangelium.** Homo quidam erat dives. **sumatur ex Missa Ferie v. post Dominicam ii. Quadragesimæ in Missali.**

**Offertorium.** Vir erat in terra Hus nómine Job, simplex & rectus, ac timens Deum: quem satan pétiit ut tentáret: & data est ei potéstas à Dómino in facultate, & in carne ejus: perdiditque omnem substántiam ipsíus & filios: carnem quoque ejus gravi úlcere vulnerávit.

Se-

*Secreta.*

**H**ostias tibi Dómine, dicatas placatus assúme, & intercedente patiente Job cum omnibus Sanctis tuis, ulcus pessimum à supplicibus tuis remove: ut restituti pristinae sanitati, te dignè possint laudare. Per Dóminum.

*Communio.* A user à me opprobrium, & contemptum: quia mandata tua exquisivi Dómine.

*Postcommunio.*

**T**antis repléti munéribus, auxiliium tuum, intercedente beato Job cum omnibus Sanctis tuis, imploramus: ut flagella iracundiæ à populo tuo amoveas, & nos tibi dignè servíre concédas. Per Dóminum nostrum.

*In Missa pro conservacione fructuum.**Oratio.*

**L**argiri & conservare fructus terræ dignare, Dómine Deus noster, ut temporalibus gaudeamus auxiliis, & spiritalibus proficiamus incrementis. Per Dóminum nostrum.

*Secreta.*

**S**uscipe, quæsumus, omnipotens Deus, sacrandum Unigeniti tui vivificum sacrificium: & præsta, ut per eum nobis fructus nostros conservare digneris, úberes, innocuos, ad tuam glóriam & honorem: cum quo nobis omnia bona tribuisti mentis & corporis. Per Dóminum.

*Postcommunio.*

**D**eus, fragilitatis humanæ mirificus consolator, & largifluus bonorum omnium distributor: præsta familiæ tuæ, quam alimentis spiritalibus reficere dignatus es, fructus quoque terræ, quos te auctore protulit, jam viréntes, tua pietate durare illætos, ac cœlesti maturitate perfectos, tuis fidelibus largiri: ut his auxiliis sufficienter adjuti, te semper ferventiùs laudent, diligant, & adórent. Per Dóminum.

*Nota quòd quilibet Prior Ordinis sancti Hieronymi potest vestes, & corporalia, & alia ornamenta Ecclesiastici Monasterii benedicere, ex Privilegio Apostolico sibi concesso per Innocentium Papam VIII. & S. Pium V.*

## B E N E D I C T I O

sacerdotalium indumentorum

in genere.

¶. Adjutorium nostrum in nómine Dómini. *R.* Qui fecit cœlum, & terram.

¶. Dóminus vobiscum.

*R.* Et cum spíritu tuo.

*Orémus.**Oratio.*

**O**mnipotens sempiternè Deus, qui per Móysen famulum tuum Pontificalia & Sacerdotalia, atque Levítica vestimenta, ad explendum ministérium eorum in conspectu tuo, ad honorem, & decorem nóminis tui fieri decrevisti: adesto propitius invocaciónibus nostris, & hæc indumenta sacerdotalia desuper irrigante gratia tua, ingenti benedictione per nostræ humilitatis servitútem puri *✠* ficare, bene *✠* dicere, & con *✠* secrare digneris: ut divinis cultibus, & sacris mystériis apta, & benedicta existant: hisque sacris vestibus Pontifices, & Sacerdotes, seu Levitæ tui induti, ab omnibus impulsiónibus, seu tentaciónibus malignorum spirituum muniti, defénsi esse mereantur: tuisque mystériis apte, & condignè servíre, & inhærere, atque in his tibi placitè, & devótè perseverare tribue. Per Christum Dóminum nostrum. *R.* Amen.

*Orémus.**Alia Oratio.*

**D**eus, invictæ virtutis auctor, & omnium rerum creator, ac sanctificator, inténde propitius preces nostras: & hæc indumenta Leviticæ, Sacerdotalis, & Pontificalis glóriæ, ministris tuis fruenda, tuo ore próprio bene *✠* dicere, conse *✠* crare, & sancti *✠* ficare digneris: omnesque eis uténtes, tuis mystériis aptos, & tibi in eis devótè, & amabiliter servientes, gratos efficere concédas. Per Christum Dóminum nostrum. *R.* Amen.

*Orémus.*

**D**omine Deus omnipotens, qui vestimenta Pontificibus, Sacerdotibus, & Levitis, in usum tabernaculi fœderis necessaria, Móysen famulum tuum agere iussisti, eumque spíritu sapientiæ ad id peragendum replevisti: hæc vestimenta in usum, & cultum mystérii tui sancti *✠* ficare, bene *✠* dicere, & conse *✠* crare digneris; atque ministros altaris tui, qui ea induerint, septiformis Spíritus gratia dignanter repleri, atque castitatis stola, beata facias cum bonorum fructu operum ministérii congruentis immortalitate vestiri. Per Christum Dóminum nostrum. *R.* Amen.

*Deinde aspergat aqua benedicta.*

## B E N E D I C T I O

specialis cujuslibet ornamenti.

¶. Adjutorium nostrum in nómine Dómini. *R.* Qui fecit cœlum, & terram.

¶. Dó-

**V.** Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spírítu tuo. **O** rémus. **Oratio.**

**D**eus omnipotens, bonórum & virtútum dator, & ómnium benedictiónum largus infúsor, súpplices te rogámus, ut má nibus nostris opem tuæ benedictiónis infúndas, & hunc Amíctum, **vel** Albam, **vel** Cíndtorium, **vel** Dalmáticam, **vel** Cásulam, divíno cúltoi præparátam virtúte sancti Spírítus bene **†** dicere, sancti **†** ficare, & conse **†** crare dignéris: & ómnibus eo, **vel** ea uténtibus, grátiam sanctificatiónis sacri mystérii tui benígnus concéde, ut in conspéctu tuo sanctificáti, & immaculáti, atque irreprehensibiles appáreant, & auxiliúm misericórdiæ tuæ acquirant. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

**Deinde aspergat aqua benedicta.**

### B E N E D I C T I O

**Mapparum, seu Linteaminum  
sacri Altaris.**

**V.** Adjutórium nostrum in nómine Dómini. **R.** Qui fecit cœlum, & terram.

**V.** Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spírítu tuo. **O** rémus. **Oratio.**

**E**Xáudi Dómine preces nostras, & hæc Linteámina sacri Altáris úsui præparáta bene **†** dicere, & sancti **†** ficare dignéris. Per Christum Dóminum nostrum.

**R.** Amen. **O** rémus. **Oratio.**

**D**omine Deus omnipotens, qui ornámenta, & linteámina fácere Móysen famulum tuum per quadragínta dies docuísti: quæ étiam María téxuit, & fecit in usum ministérii tabernáculi fœderis, sancti **†** ficare, bene **†** dicere, & conse **†** crare dignéris hæc linteámina, ad tegéndum, involvendúmque altáre gloriosíssimi Filii tui Dómini nostri Jesu Christi. Qui tecum vivit, & regnat.

**Et aspergatur aqua benedicta.**

### B E N E D I C T I O C O R P O R A L I U M .

**V.** Adjutórium nostrum in nómine Dómini. **R.** Qui fecit cœlum, & terram.

**V.** Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spírítu tuo. **O** rémus. **Oratio.**

**C**lementíssime Dómine Deus, cujus Cinenarrábilis est virtus, cujus ministéria arcánis miráculis celebrántur: tríbue quæsumus, ut hoc linteámen tuæ propitiatiónis benedictiónem sanctificétur; ut ad consecrándum super illud corpus Dei, & Dó-

mini nostri Jesu Christi Filii tui dignum efficiátur. Per eúndem Dóminum nostrum.

**R.** Amen. **O** rémus. **Oratio.**

**O**Mnipotens sempitérne Deus, bene **†** dicere, sancti **†** ficare, & conse **†** crare dignéris linteámen istud, ad tegéndum, involvendúmque corpus & ságuinem Dómini nostri Jesu Christi Filii tui. Qui tecum vivit, & regnat. **R.** Amen.

**O** rémus. **Oratio.**

**O**Mnipotens Deus, má nibus nostris opem tuæ bene **†** dictiónis infúnde, ut per nostram bene **†** dictiónem hoc linteámen sanctificétur, & cörperis & ságuinis Redemptóris novum sudárium, Spírítus sancti grátia perficiátur. Per eúndem Dñm. in unitáte ejúsdem Spírítus. **R.** Amen.

**Aspergat eum aqua benedicta.**

### B E N E D I C T I O C H L A M Y D I S .

**V.** Adjutórium nostrum in nómine Dómini. **R.** Qui fecit cœlum, & terram.

**V.** Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spírítu tuo. **O** rémus. **Oratio.**

**D**eus, qui vestiméntum singuláre ad induméntum atérnæ jucunditátis, tuis fidélibus promisísti, cleméntiam tuam súppliciter exorámus, ut hoc induméntum humilitátem cordis, & mundi contéptum, significans, quo famulus tuus, **vel** famula tua in sancto ac firmo propósito vestíri desiderat, propítius bene **†** dicas: & castitátis hábitum, quem te inspiránte súscipit, te protegénte custódiat: ut quem, **vel** quam sacre religiónis veste índuis temporáliter, beáta fácias immortalitate vestíri. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

**Deinde aspergat indumentum, & qui induendus est, aqua benedicta, & cum eum induerit, dicit Antiphonam.** Immíttat in te Dóminus sanctum religiónis amórem, sanctóque fervóre succendáris, & árdeas cœléstium bonórum desidério.

**Deinde postquam fuerit indutus, dicat Orationem.** **O** rémus.

**D**omine Jesu Christe, qui pro nostra salúte suscipiens humanam natúram, te vestiménto carnis índuere dignátus es, benedictiónem sancta tua bene **†** dic istum **vel** istam, famulum tuum, **vel** famulam tuam, qui, **vel** que cum omni devotióne ac veneratióne beáti Patris nostri **N.** hoc induméntum super te suscepit: infúnde in eum, **vel** in eam, quæsumus, tuam san-

sanctam bene ✠ dictionem, ut intercedente sanctissimo **N.** descendas super eum, vel eam gratia tua, & protegat eum, vel eam ab omni malo mentis, & corporis. Qui vivis & regnas.

### B E N E D I C T I O

*corrigiae, vel chordae.*

✠. Adjutorium nostrum in nomine Domini. **R.** Qui fecit caelum, & terram.

✠. Dominus vobiscum.

**R.** Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Oratio.

**O**mnipotens sempiternae & misericors Deus, qui pietatis misericordiam, peccatoribus quaerentibus veniam, & misericordiam tribuisti: oramus immensam clementiam tuam, ut hanc corrigiam, vel chordam, bene ✠ dicere, & sanctificare digneris; ut quicumque, vel quaecumque pro peccatis suis cincti, vel cinctae fuerint, & misericordiam tuam imploraverint, veniam & indulgentiam tuae sanctae misericordiae consequantur. Per Dominum nostrum.

*Et aspergat eam aqua benedicta.*

*Cum autem cingitur corrigia, vel chorda, dicat:* Accipe corrigiam, vel chordam super lumbos tuos, ut sint lumbi tui praecincti in signum castitatis, & temperantiae. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. **R.** Amen.

Orémus.

Oratio.

**D**omine Jesu Christe, lux vera de vero lumine, quaesumus clementiam tuam, ut per intercessionem beatissimi Patris nostri **N.** Confessoris tui mentem, & cor hujus famuli tui, vel famulae tuae illumines; ut tibi casto corpore famuletur, & corde mundissimo jugiter placeat. Qui vivis & regnas.

### B E N E D I C T I O V E L I.

✠. Adjutorium nostrum in nomine Domini. **R.** Qui fecit caelum, & terram.

✠. Dominus vobiscum.

**R.** Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Oratio.

**B**ene ✠ dic, quaesumus omnipotens Deus, velamen istud, famulae tuae capiti imponendum, ut in ea bene ✠ dictione benignitatis descendat; ut sit in ea sanctitas, sanctitas, castitas, virtus, victoria, sanctimonia, humilitas, bonitas &

mansuetudo, legis plenitudo, & obedientia Dei. Et Patris, & Filii, & Spiritus sancti adsit semper bene ✠ dictione. Per Christum Dominum nostrum. **R.** Amen.

*Postea aspergat aqua benedicta, & imponat illud in capite, dicens:* Accipe velum super caput tuum in signum obedientiae, munditiae, & puritatis: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen.

*Deinde ✠.* Emitte Spiritum tuum, & creabuntur. **R.** Et renovabis faciem terrae. ✠. Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo. Orémus.

Oratio.

**D**eus, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti: da famulae tuae in eodem Spiritu recta sapere, & de ejus semper consolatione gaudere. Per Dominum. in unitate ejusdem Spiritus. **R.** Amen.

### B E N E D I C T I O

*peregrinari volentium.*

*Primo benedicatur vestis.*

✠. Adjutorium nostrum in nomine Domini. **R.** Qui fecit caelum, & terram.

✠. Dominus vobiscum.

**R.** Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Oratio.

**D**omine Deus, bonarum virtutum dator, & omnium benedictionum largus infusor, te subnixius deprecamur; ut hanc vestem bene ✠ dicere, & sanctificare digneris: ut hac indutus famulus tuus **N.** salutem animae & corporis, & requiem acquirere possit: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. **R.** Amen.

*Et aspergens illam aqua benedicta, tradat eam peregrino, dicens:* In nomine Domini nostri Jesu Christi accipe hanc sportam, & vestem, & habitum peregrinationis tuae, ut bene castigatus, & sanatus, atque emundatus, pervenire merearis ad sanctorum limina, quod peregrare cupis, ut peracto itinere, ad nos incolumis, & alacer reverti merearis. Per Dominum.

*Deinde tradat baculum, dicens:* Accipe hunc baculum ad sustentationem itineris, & viae peregrinationis tuae, ut vincere valeas omnes inimicos, & securus pervenire possis ad limina tuta: ut peracto obedientiae cursu ad nos revertaris cum gaudio. Per Dominum. **R.** Amen.

# SEQUENS COLLECTA,

Et famulos tuos, dici potest in Regnis Hispaniæ ex concessione Pii V. & Gregorii XIII. ab omnibus Sacerdotibus tum Sæcularibus, tum Regularibus, tam in Missis privatis, quàm Cantatis, & Conventualibus quantumcumque Solemnibus, tam post primas Orationes, quàm Secretas, & Postcommuniones. Et novissimè ex Decreto Sac. Rit. Congregationis 13. Julii 1675. à prædictis dici potest, sequentibus verbis:

**E**T famulos tuos Papam nostrum **N.** Antistitem nostrum **N.** & Regem nostrum **N.** Reginam, & Principem cum Prole Régia, pópulo sibi commisso, & exercitu suo ab omni adversitate custodi, pacem & salutem nostris concede temporibus, & ab Ecclesia tua cunctam repelle nequitiam: & gentes Paganorum, & Hæreticorum dextera tuâ potentia conterantur: & captivos Christianos, qui in Saracenorum potestate detinentur, tua misericordia liberare, & fructus terræ dare & conservare digneris.

Quando Missa habet unicam Orationem, dicitur immediatè post eam: si plures, post ultimam, semper sub eadem conclusione. Sed si Oratio concludit: Qui tecum. terminabitur: Per eundem.

Si in Missa dicitur Oratio pro Papa, vel vacante Sede Apostolica, omittuntur verba pro Papa; idem de Antistite, Rege, Regina, vel Principe.

Quando in Missa dicitur Oratio, A cunctis. Collecta dicitur sic:

**E**T famulos tuos Papam nostrum **N.** Antistitem nostrum **N.** & Regem nostrum **N.** Reginam, & Principem cum Prole Régia, pópulo sibi commisso, & exercitu suo ab omni adversitate custodi: & captivos Christianos, qui in Saracenorum potestate detinentur, tua misericordia liberare, & fructus terræ dare & conservare digneris.

Quando dicitur Oratio, Ecclesiæ. dicitur sic:

**E**T famulos tuos Papam nostrum **N.** Antistitem nostrum **N.** & Regem nostrum **N.** Reginam, & Principem cum Prole Régia, pópulo sibi commisso, & exercitu suo ab omni adversitate custodi: pacem & salutem nostris concede temporibus: & captivos Christianos, qui in Saracenorum potestate detinentur, tua misericordia liberare, & fructus terræ dare & conservare digneris.

## INDEX MISSARUM

Quæ in hoc libello continentur.

### DECEMBER.

4 S. Barbaræ virginis & martyris.	3
9 S. Leocadiæ virginis & martyris.	3
10 S. Eulaliæ Emeritensis virginis & martyris.	3
18 In Expectatione B. Mariæ.	3
20 S. Dominici Abbatis Silensis Confess.	3
30 In Translatione S. Jacobi Apostoli.	3

### JANUARIUS.

16 S. Fulgentii Episcopi & Confess.	4
21 SS. Fructuosi & soc. mart.	4
23 S. Ildefonsi Archiepiscopi Toletani Conf. cum Oct.	4
26 S. Paulæ Viduæ.	4
28 S. Juliani Episcopi & Confess. cum Octava.	4
29 S. Valerii Episc. & Confess.	5

### FEBRUARIUS.

1 S. Cæciliæ Episcopi & martyris.	6
12 S. Eulaliæ Barcinonensis virg. & mart.	6

### MARTIUS.

1 S. Rudesindi Episcopi & Confess.	6
3 SS. Hemeterii & Celedonii mart.	6
6 B. Ollegarii Episcopi & Confess.	6
13 S. Leandri Episcopi Hispalensis.	6
24 S. Florentinæ virginis.	6
18 S. Gabrielis Archangeli.	7
Item, S. Narcissi Episc. & mart. <i>commem.</i>	7
Item, S. Braulii Episc. & Confessoris.	7
<i>Feria sexta post Dominicam Passionis,</i>	
Missæ de Septem Doloribus B. V. Mariæ.	7

### APRILIS.

4 S. Isidori Archiepiscopi Hispalensis Confess.	7
13 S. Hermenegildi martyris.	7
16 S. Turibii Asturicensis Episc. & Confess.	7
Item, SS. Engratiæ virg. & soc. mart.	7
23 S. Georgii martyris, ut in Missali.	7
27 S. Turibii Limani Episc. & Confess.	7

MAIUS.

- 5 Conversio S. Augustini Episc. & Confess. 8
- 12 S. Dominici Calciatensis Confess. 8
- 13 S. Secundi Episcopi & martyr. 9
- Item, Beati Petri Regalati Confess. 9
- 15 S. Isidori Agricolæ Confess. 9
- Item, S. Torquati Episcopi & mart. 10
- Item, eodem die, S. Indaletii Episc. & mart. 10
- 16 S. Joannis Nepomuceni Mart. 11
- 17 S. Paschalis Baylon Confess. 11
- 30 B. Ferdinandi Tertii Regis, & Confess. 11

JUNIUS.

- 16 S. Joannis Francisci Regis Confess. 11
- 18 SS. martyr. Cyriaci, & Paulæ virg. 12

JULIUS.

- 7 S. Firmini Episc. & mart. 12
- 16 Triumphus S. Crucis. 12
- Item, Commemoratio Solemnis B. V. Mariæ de Monte Carmelo. 13
- 20 S. Liberatæ virg. & mart. 13
- Item, S. Francisci Solani Confessoris, aliquibus in locis tantum. 14
- 24 Vigilia S. Jacobi Apostoli. 14
- 27 S. Pantaleonis martyr. 14

AUGUSTUS.

- Dominica proximiori Klendis Augusti.*
- In festo Beatissimæ virg. Mariæ de Mercede. 14
- 2 S. Petri Episc. Oxomensis, & Confess. 15
- 9 SS. Justi, & Pastoris mart. 15
- 27 S. Terefiæ virginis, secundò. 16
- 30 Rosæ à Sancta Maria virginis Limanæ, Tertii Ordinis S. Dominici. 16

SEPTEMBER.

- 2 S. Antonini martyr. 16
- 4 S. Rosaliæ Panormitanæ virg. 16
- 5 Commemoratio S. Juliani Episc. & Conf. 17
- Dominica tertia hujus Mensis.*
- Festum Septem Dolorum B. V. Mariæ. 17
- 17 B. Petri de Arbues mart. 17
- 23 S. Theclæ virg. & mart. 18
- 25 S. Mariæ de Cervellone virg. 18

OCTOBER.

- 5 S. Froilani Episc. & Confess. 18
- 10 S. Francisci Borgiae Confess. 18
- Item, S. Ludovici Bertrandi Confess. 18
- 12 Commem. B. V. Mariæ de Columna. 18
- 23 S. Petri Paschasii Episc. & mart. 18
- Item, SS. Servandi & Germani Martyrum. 19
- 24 S. Raphaelis Archangeli. 20
- 25 SS. Gavini, Proti, & Januarii mart. 20
- Item, S. Fructi Confess. 20
- 29 S. Narcissi Episcopi & mart. 20

NOVEMBER.

- 3 SS. Innumerabilium Mart. 21
- Dominica secunda Novembris.*
- In festo Patrocinii B. Mariæ virg. 21
- 14 S. Eugenii Archiepiscopi Toletani mart. 21
- S. Gertrudis virginis Abbatissæ. 21
- 17 SS. Aciscli & Victoriæ martyrum. 22
- 24 S. Joannis à Cruce Confess. 22
- 26 Desponsatio B. V. Mariæ cum S. Joseph. 22
- Missæ de Nomine Jesu. 23

ALIÆ MISSÆ

Quæ in Hispaniarum Regnis celebrari solent.

JANUARIUS.

- 14 Descensio beatæ Mariæ. 23

MAIUS.

- 9 Translatio S. Hieronymi Confess. 24
- 15 Torquati, & sociorum Pontificum & martyrum. 25

JULIUS.

- 26 Annæ Matris B. Virg. Mariæ. 25

SEPTEMBER.

- 30 Hieronymi Presbyteri, Conf. & Ecclesiæ Doct. 25

OCTOBER.

- 15 Angeli Custodis. Missa dicitur ut in Missali Romano die ii. Octobris. 26

NOVEMBER.

- 21 Præsentatio B. Virg. Mariæ. 26

MISSÆ VOTIVÆ.

- Missæ ad impetrandam fecunditatem mulieris. 27
- Missæ ad honorem B. V. M. pro muliere in partu laborante. 28
- Alia Missæ ad honorem gloriosæ Virginis Mariæ pro mulieribus prægnantibus, aut aliis in partu laborantibus. 29
- Missæ pro Infirmis in Agonia. 30
- Missæ de beato Job. 31
- Missæ pro conservatione fructuum. 32

Benedictiones diversæ.

- Benedictio Sacerdotalium indumentorum in genere. 32
- Benedictio specialis cujuslibet ornamenti. 32
- Benedictio Mapparum sacri Altaris. 33
- Benedictio Corporalium. 33
- Benedictio Chlamydis. 33
- Benedictio corrigiæ, vel chordæ. 34
- Benedictio Veli. 34
- Benedictio peregrinari volentium. 34

FINIS.

